GABRIELIS BETHLENII
PRINCIPATVS

TRANSSILVANIAE

COAEVIS DOCVMENTIS
ILLVSTRATVS.
COLLEGIT, ET IN SERIEM CHRONOLOGICAM
DIGESSIT

GEORGIVS PRAY,

ABBAS B. M. V. DE TORMOVA
ET
CATH. ECCL. M. VARADINEN. CANONICVS.

EDIDIT
ET
EX CHARTIS MVSEI NATIONALIS HVNGARICI
AVCTARIVM
ADIECIT
IAC. FERDIN. MILLER
DE BRASSÓ.

TOMVS I.
COMPLECTENS DOCVMENTA
AB
Anno MDCXII. ad MDCXXIII.

PESTINI,
TYPIS IOANNIS THOMAE TRATTNER.
1816.

Gábor Bethlen 118
A/67/68

Exempla ex vetere memoria, et monumentis, ac litteris plena dignitatis, plena antiquitatis haec plurimum solent et auctoritatis habere ad probandum, et iucunditatis ad audiendum.

Cic. V. Act. in Verr.

Bayerische
Staatsbibliothek
München

Bayerische
Staatsbibliothek
München

PRAEFATIO
EDITORIS.

Rem fortasse superuacaneam Aristarchis aeui nostri fecisse videbor, quod longe infra eruditionem fama conspicui Authoris positus, Operi eius posthumo meam quoque Praefatiunculam adiicere ausus sim, si quidem nemo rerum Patriarum adeo peregrinus esse queat, vt celeberrimum per Europam GEORGII PRAY nomen se ignorare asseueret. *a*) Atenim bona venia dixerim, me non Apologiam, non Panegyrim pro immortalis memoriae Viro perorare, eiusdemque historico-diplomaticum Specimen commendare, aut meos in hoc edendo conatus facunde extollere, sed duntaxat susceptae operae, pro muneris, cui praesum, ingenuitate, rationes Popu-

a) Biographia Prayana extat in *Zeitschrift von, und für Ungarn*, I. Band pag. 24 — 34.

laribus reddere, quorum vtique plurimum interest, eas nouisse integerrime.

Museum enim *Nationale* sibi adhuc anno 1807. Legem scripsit, quum eius condendi Idea in Comitiis, Budae tum celebratis, Regni Statibus, ac Ordinibus examinanda proponeretur, (*a*) scilicet, quod diuersi argumenti Manuscripta, quae Hungariam, ac Regna ad Coronam apostolicam spectantia, quoquo modo contingunt, non tantum in cumulum coaceruare velit, sed selectiora etiam iuris publici facere, ac quidem maioris molis in distinctis Voluminibus, paucarum vero plagularum in *Actis Musei Nationalis Hungarici*, quorum Tomus I. Quarti formis proxime prelo subiicietur. (*b*)

Propositum e penu Libraria Regni opulentissima (*c*) vulgandi Chartas ine-

(*a*) Recensetur in *allgem. Litteratur-Zeitung Halle*. 18. *Iun*. Nro. 187 pag. 41.

(*b*) *Cfr. Museum Hung.* §. IX. pag. 24.

(*c*) In Vimariensi opere periodico, quod inscribitur: *Curiositäten der physisch-literarisch-artistisch-historischen Vor- und Mitwelt. IV. Band V. Stuck pag.* 387. numerus Manuscriptorum in Bibliotheca Musei Nationalis insinuatur 2121. sed hoc anno 152 auctus est Codicibus.

ditas, illico effectui datum est, exordiumque caepit cum *Epistolis* celeberrimorum, Archi-Praesulum Georgii, et Pauli Széchenyi, (*a*) quas mox anno sequente 1808. *Epistolae* Ferdidinandi, et Maximiliani II. Imperatorum, et Regum ad suos in Porta Ottomannica Oratores (*b*) exceperunt. — Vtriusque Opusculi exemplaria tum domi, tum foris liberaliter non ex opinione, sed ex veritate aestimata fuerunt. (*c*) — Verum conatus istos vltro prosequi, temporum iniuriae prohibuerunt. — Hostibus enim anno nono currentis saeculi in ipsa Regni viscera sae-

(*a*) *Epistolae Archiepiscoporum* Georgii *Strigoniensis et* Pauli *Colocensis e Comitibus* Szécsényi *ad Pontifices*, *Imperatores*, *Reges*, *Electores*, *Principes*, *Ministros*, *Belliduces*, *aliosque illustres aeui sui Viros datae*, *et vicissim ab illis acceptae*, *quas ex autographis edidit* Iac. Ferdin. Miller. 8. *Pestini* 1807. *Partes II.*

(*b*) *Epistolae Imperatorum*, *ac Regum Hung.* Ferdinandi I. *et* Maximiliani II. *ad suos in Porta Ottomanica Oratores* Ant. Verantium, Fran. Zay, Auger. Busbek, Albert. Wiss, *et* Christoph. Teuffenbach, *quas ex Autographis edidit.* Iac. Ferdin. Miller. 8. *Pesthini* 1808.

(*b*) Cfr. *Neue Leipziger Litteratur-Zeitung.* 35 St. den 21. März 1808. pag. 555 item 133. Stuck den 4. Novemb. *ENGEL* Christ. Joan. *Geschichte des Ungarischen Reichs* I. Th. pag. 15. V. Th. 191.

uientibus, de saluandis, et ad tutiorem locum transferendis, (*a*) litterariis Patriae thesauris non de procudendis Vetustatis reliquiis meditandum erat.

Etsi, alma Pace, faustissime iterum reuecta, beneficiis, ex hac profluentibus, nondum pro voto perfrui datum sit, nosque in dies magis, atque magis, accrescente omnium, quae ad victum, et amictum pertinent, rerum pretio premi sentiamus, visum tamen est, ad soluendam promissi fidem, resumere denuo laborem, et secundis auibus inchoatas diuersorum Operum, quae adhuc in manuscriptis iacent, editiones continuare; spe fretus, exsurrecturos praeclaros Patriae Ciues, qui mea ad commune Regis, et Regni commodum, ac Litteraturae Hungaricae promotionem vnice directa studia pro facultatum suarum viribus lubenter sint succolaturi, et adiutricem mihi manum porrecturi, (*b*) vt incredibiles typorum,

(*a*) Iussu Serenissimi Archiducis IOSEPHI Hungariae Palatini Bibliotheca, Numophylacium, et Cimeliotheca Magno-Varadinum abuecta fuit, vbi per plures menses in cistis delitescebat.

(*b*) Nemo est tam ingratus, tam impius, tamque nullius humanitatis, qui, si Patriae merita resumere velit, non magis, quam seipsum diligat. CICERO.

sumtus quodammodo fulciantur, atque damnum, et molestia omnis a Museo nationali auertatur.

Erectus hac congeniti in Patriam amoris fiducia, qui verum Gentis nostrae characterem explicat, et definit, haud vltro morandum arbitratus sum, sed Opus continuo delegi, quod Lectori non modo oblectationem adferat, sed etiam notitiam superiorum temporum concedat, nullis dubiis obnoxiam. — Forsitan euenit, vt mihi, condam amici, nuper mortalium numero erepti, IOAN. CHRIST. ENGELII, Leutschouiensis, Tabulario Aulico Transsiluaniae a Secretis, Historiam Hungariae (*a*) inspecturo, in oculos incideret series Manuscriptorum, quae ad typum iam parata celebris GEORGIVS PRAYVS, attamen, morte praeuentus, inedita reliquit. — Haec a Serenissimo Archiduce IOSEPHO, Regni Palatino redemta, Eiusdemque beneficentia mox Museo nationali tradita, ac donata, meam subito excitarunt attentionem.— Inter quae Gabrielis Bethlenii *Principatus Transyluaniae*, mihi sin-

(*a*) *Geschichte des Ungarischen Reichs.* I. Th. pag. 34.

gulari cura, diligentia, ac eruditione elaboratus, videbatur, eoque dignior luce publica, quod isthic Authoris adparatus, notis illustratus, iam anno primo praesentis saeculi Censurae limam sine falcidia subiuerit, Tractatus Foederum, Pacis, Conuentionum, Instructiones, Plenipotentiales, Remonstrationes, Decreta, commercium Litterarum cum diuersae conditionis Personis, multaque alia, ex autographis transcripta complectatur, hactenus ignota, quae rebus sub primordium saeculi XVII. gestis mirum affundunt lumen.

Petenti mihi largiri indultum emittendi in vulgus aestimatissimam hanc Collectionem, Benignissimus Musei nationalis Protector, atque Praeses pro suo in Litteraturae Hungaricae incrementum fauore, et erga Nationem propensione, assensum alacriter praebuit.— Excussis mox Chartis Bibliothecae perquam selectis, et copiosis, nonnulla adhuc reperire Documenta licuit, quae in duobus Prayanis Tomulis desiderabantur. His congerendis manus admota est, enatumque *Auctarium*, quod tertius sub meo nomine Tomus comprehendit. — Non puto, me rem ingratam praestitisse, inserendo, his plagulis fami-

geratum quoque Gabrielis Bethlenii Testamentum, adperte commonstraturum diuitias, quibus hic Princeps abundabat.

Regimen Bethlenii, profecto admodum memorabile, singularem in Historia, et Iure Publico Hungariae, ac Transsiluaniae epocham efficere, rerum Patriarum peritos neutiquam fugit. — In eius ea propter biographia, vere, ac sincere adumbranda, complures coaeui, tum domestici tum exteri Scriptores sua torserunt ingenia. — Sed prout hic huius, alter alterius partibus adhaerebat, ita eius imago ab illis multifarie depicta, et variis sub coloribus, ad nos transmissa fuit. — WASSENBERGIVS, PLOSSARIVS, TRAWERBOTHIVS, BALASFIVS, PÁZMÁNVS, BELLVS, LONDORPIVS, aliique, (*a*) quorum nomina recitare longum foret, Bethlenii indolem, res gestas, et imperium varie, nec vnanimi concordia memoriae mandauerunt. — CASPARVS BOITINVS (*b*) fertur *Libros XII.* de

(*a*) Scriptorum de Gab. Bethlenio Opera referuntur in *Indice reali ad Catal. Biblioth.* Hung. pag, 222. in *Indic. ad Supplement.* I. pag. 80 et in *Ind. ad Suppltm. II.* pag. 65.

(*b*) A Ios. Benkö *Transsil. Tom. II. pag.* 384. nominatur Boiti.

rebus gestis Magni (a) Gabrielis Bethlenii compilasse, ad hunc tamen vsque diem solummodo tres detecti sunt, quos ENGELIVS in *Monumentis Vngaricis* (*b*) procudi iussit, caeteris nouem probabilius adhuc inter pulueres alicubi sordescentibus. — Etsi Author hic synchronus sit, et in Aula Principis vitam vixerit, eaque de caussa plurimae authoritatis, nisi rationum momenta quaerenda essent, (*c*) haberi, censerique deberet, non tamen ab omni partium studio prorsus indemnis pronunciari, et ab iniuriis in aduersarios sui Principis excusari potest. — Sed enim omnibus, inquit TVLLIVS (*d*) *veris falsa quaedam adiuncta sunt.*

Equidem vehementer gratulor, quod autographa illius aetatis, per PRAYVM multis fatigiis conquisita e latebris protrahendi fortunam nactus sim; adhuc magis gauisurus, si me edi-

(*a*) Hoc nomine decoratur in exemplaribus Musei nationalis, et Regiae Vniuersitatis Pestanae,

(*b*) Scilicet a pag. 237. vsque 444.

(*c*) Non tam authoritatis, quam rationum momenta quaerenda sunt. CICERO I. *de Nat. Deor.*

(*d*) *Lib. I. de Natura Deor.*

tione istorum monumentorum, quae tractationem publicorum plerumque negotiorum exhibent, operae pretium fecisse intellexero, et curiosis, ac doctis Popularibus meis haec pro Litteraturae Hungaricae amplificatione suscepta molimina haud displicuisse, expertus fuero.

Animus certe est, singulis deinceps annis vnum specialis comatis, vel etiam plura ex amplissimo Manuscriptorum theatro, quo Libraria Regni suppellex gaudet, schemata, typorum beneficio reddere communia, eorumque iudicia exemplis, non verbis refellere, qui progressibus honorifici, ac salutaris Instituti nationalis impedimenta posituri, in vulgus spargere non verebantur, Codices manu exaratos, aliaque memoratu digna Folia, et Membranas studiose in Museo occultari, vsum denegari, eorumque editiones cum difficultatibus a Censura admitti. — Indigni huius commenti fama iam etiam ad exteras oras pertigit, et non sine stomacho legi potest, quod illud Scriptor Hungarus, (*a*) cui omnia promtissime ostensa sunt, nuper adoptare, et sinistre re-

(*a*) Cfr. IOAN. CHRIST. ENGEL *Geschichte des Ungarischen Reichs I. Theil*, pag. 12

ferre non dubitauerit. — Censurae substernere Manuscriptum, non est illius editionem impedire, vel plane prohibere. — Sine hac hodie tranquillitatem animorum in nulla Republica perennare posse, exploratum est. — Non liberalis, quae nunc sub Pio Principe apud nos viget, Censura ab edendis librariae eruditionis paradigmatibus viros laboribus suetos absterret, sed exaggerata Typothetarum, ac Impressorum merces, nimium Chartae pretium, et penuria Moecenatum, qui impensas ferre velint.

Quidquid horum sit, si aetas, vires, et occupationes meae patientur, a feruore prosequendae rei bene coeptae, quoad vixero, non remittam; et, quum amplius non fuero, spero omnino immo confido futuros, qui eadem via, quam iussu Benignissimi Principis, Serenissimi Archiducis IOSEPHI, Hungarorum Palatini gratiosissimi feliciter ingressus sum, pro salute Regis, emolumento Patriae, ac honore Nationis processuri, et presso pede mea in hoc genere vestigia persecuturi sint, vt vniuersum Regnum fructum videat, ac intelligat, quem ex nobili hoc Instituto nationali sibi promittere possit, atque eruditionis domesticae Cultores

omnibus adminiculis olim potiantur, quae ad totius Litteraturae Hungaricae perfectionem quoquo modo pertinent, et conducunt.

Atque haec fuere, quae Populares meos, quorum generositate Pestini Monumentum aere perennius assurgit, nouisse volui: producturus rursum e tenebris Manuscriptum non minus doctum, quam lectu iucundum, ac vtile, vtprimum profusi in typum trium horum Tomulorum sumtus recepti fuerint, Dabam Pestini in Museo Nationali Hungarico ad Diem XXVIII. Octobris Anno M.D.CCC.XV.

GEORGIVS PRAY
Ad Lectorem.

Inter Principes Transsiluaniae, qui Reges Hungariae bello lacessebant, BETHLENIVS *praecipuum locum tenet, cum ob armorum peritiam, tum simulandi artem, crebraque cum externis Principibus clandestina litterarum commercia, prae decessoribus suis, Hungariae cumprimis formidandus. Huius fidem Documenta, quae hic exhibeo, minime dubiam facient. Ex his liquebit, quibus artibus caeso* GABRIELE BATHORIO, *ad Principatum eluctatus fuerit, quos deinde adhibuerit conatus, ad hunc non modo retinendum, sed etiam ampliandum, quos hostes praeterea, collatis cum Porta Ottomanica*, FRIDERICO *Palatino, subtruso Bohemiae rege, Suecis, Gallis, Electore Brandenburgico, aliisque crebro consiliis, Domui Austriacae consciuerit, quoties cum hac inducias, pacemque pepigerit, rursumque*

ruperit, quae clam molitus sit, vt a factiosis rex Hungariae eligeretur, quam solicite, postquam eo titulo se abdicare coactus erat, ambierit regnum Poloniae, et vbi his spebus exciderat, quantopere Constantinopoli egerit, vt Moldauia, ac Valachia Transsiluaniae iungerentur, quibus ipse, sumto REGIS DACIAE *titulo, Turcis tributarius praeesset.*

Haec illius ab adito Principatu, pene ad finem vitae molimina erant, quae saepe, vt res se dabant, aperte prodebat, alias, praesertim vbi spes ditionem latius proferendi, aut sibi armorum socios, aliis vero hostes, conciliandi, se ostenderat, ita occultis recessibus solebat condere, vt, dum maxime amicitiam prae se ferre videbatur, clam bellum pararet. Cuius acta, si quis ad nostram aetatem exigere volet, facile sibi persuadebit, BETHLENIVM, *si viveret, inter hodiernos Politicos, primum subsellium occupare posse.*

Porro, quod ad ipsa Documenta attinet, ea ex autographis, potissimum exscripsi, et secundum annos in ordinem redegi. Maxima illorum pars, lingua latina est exarata, non pauca etiam sunt Hungarica, sunt item quaedam Germanica: vtrobique orthographiam illius aetatis retinendam putaui. Rariora sunt Italica, eaque ex Hungarico, vel Turcico tra-

ducta, pleraque autem fere ex Legationum Actis sumta, proinde omni fide digna. Notationes meas, sicubi his opus esse videbam, rarius tamen, adieci. Atque haec sunt quae multorum annorum studio, et Industria, conquirere poteram. Non dubito, quin plura huius argumenti litteraria monumenta apud Transsiluanos exstent, quae deinceps a talium rerum studioso, meis addi poterunt. Dabam Pestini die 24. Junii, anno M.D.CCC.I.

I. Ar-

I.

Articuli confoederationis *inter Caesaream, regiamque Maiestatem, et Gabriel. de Bathor, Principem Transsiluaniae, initi, et sanciti.* 1612. *d.* 24. *Decemb.* (*a*)

Primo: Quod D. Gabriel Bathori maneat Princeps Transsiluaniae, et partium Hungariae, eidem subiectarum Dominus, et Siculorum Comes, et in eisdem ipse, et Successores eius, legitimi Principes, et Transsiluania in libera electione, per suam M. Caesaream, et regiam, eiusque Successores, legitimos Reges Hungariae, et Regnum conseruabuntur, et tam ipse, quam futuri Principes omnes, et Successores similiter, et Transsiluania, et partes Hungariae, eidem subiectae, obstrictae sint ad obseruationem huius transactionis.

II. Idem Princeps obligat se, quod Sacratissimae Majestati, regnoque Hungariae, quan-

(*a*) Nihil haec quidem ad Bethlenium attinent, ob rerum tamen, quae sequentur, nexum, praemittenda erant.

docunque necessum fuerit, contra eorum omnes hostes, excepto Turca, omni ope, auxilio, viribusque, fideliter aderit, nec Transsiluaniam, aut alios, sibi ab antiquo subiectos Comitatus, et Praesidia, siue Confinia eorum aliter, quam nunc possidet, vnquam a Corona Hungariae abalienabit, aut contra suam Maiestatem, eiusque legitimos Successores, Reges Hungariae, et Regnum, Serenissimam Domum Austriacam, regna, et prouincias, cum quibus Sacratissima sua Maiestas, compactata habet, nullo vnquam tempore, auersam, et hostilem praetensionem habebit, aut contra huius regni libertatem, et Priuilegia, palam, vel occulte quidpiam faciet, aut per alios fieri patietur, aut ad Ditiones, Decimas, Tricesimas, aut ad regna Hungariae alia pertinentia, nullum ius praetendendo, aut se his per se, vel alios, sine praeuio consensu suae Maiestatis, immiscebit, qua de re ipsi instare, licitum est.

III. Viennensem Pacificationem, in quantum liberae electioni, et Transactioni non praeiudicat, in omnibus eius punctis, et articulis obseruabit.

IV. Prout e conuerso, Sacratissima Caesarea, regiaque Maiestas, eiusque Successores legitimi, reges Hungariae, et regnum, necessitate requirente, ipsi Principi Bathoryo, eiusque legitimis Principibus Transsiluaniae, eidem-

que subiectis, contra omnes eorum hostes similiter auxiliabuntur, atque Transsiluaniam, et partes Hungariae, eidem subiectas, in suo Principatu, Dominio, Iuribusque, Priuilegiis, et aliis ad eam spectantibus, conseruabunt, nec palam, vel occulte quidquam in contrarium facient, aut per alios fieri patientur.

V. D. Princeps Bathoryus, et etiam eius Successores legitimi Principes Transsiluaniae, similiter, vbi opus fuerit, et requisiuerint, exercitum suae Maiestatis, in Transsiluaniam intromittent, et disponent.

VI. Quod Coronenses, et alios Saxones spectat, si apud suam Maiestatem Caesaream, negotium inter Principem Transsiluaniae, et alios, componi non posset, liberum sit, suae Maiestati, Legatos suos in Transsiluaniam mittere, qui nomine suae Majestatis, se se interponant, et diligentiam adhibeant, vt modo, quo meliore potest, componatur negotium, dummodo huiusmodi Legatio, praesenti Transactioni, et Iuribus, ac Priuilegiis Transsiluaniae nihil praeiudicet. Interim vero, a die DD. Legatorum Principis Transsiluaniae hinc discessus, maneant induciae, et suspensio armorum ad tres menses.

VII. Commercia, Transitus, Legationes, et Missiones vltro citroque, generaliter tam hinc in Transsiluaniam, quam illinc ad istas

partes, sine vllo impedimento, et controuersia, libere permissa sint, et arrestationes quaelibet vtrinque, tam in Hungaria, et Austria, aliisque suae Maiestatis regnis, et prouinciis, quam in Transiluania, et partibus eidem subiectis, omnino prohibebuntur, et quaelibet, partium sua iura coram suo competenti iudice, iure mediante, prosequantur.

VIII. Quod si posthac, Hungariae, vel Transsiluaniae Haidones, contra publicam regnorum tranquillitatem aliquid molirentur, aut violentias exercere praesumerent, vtraque pars obstricta sit, aduersus eosdem insurgere, arma summere, et opprimere, et pro delictis suis, tamquam pacis publicae perturbatores, vigore Tractatus, condignis poenis punire, et satisfactionem conuenientem, ab illis exigere. (*a*)

II.

Ad Szkender Bassam.

Gabriel Bathory Princeps Transsiluaniae postulat, vt rebellem, et fugitiuum Gabrielem Bethlenium, sibi viuum, aut mortuum remittat: hac conditione arces promissas, cum tributo, cessurum Turcis pollicetur. 1613. *den* 9, *Octob.*

(*a*) Hucusque, vt dici solet, *Minuta* Transactionis. Annus, dies, et loci nota, aberant, addidit tamen

Excellentissime Bassa, ac Szkender, Bona quaeque, ac valetudinem cumprimis prosperam. Fusioribus declarandis vestram grauare Excellentiam, non necessum est, satis enim superque litterae regnicolarum continent omnia, quae sunt necessaria. Summa igitur rerum haec est; si rebellem illum penes Tuam Excellentiam latitantem (*a*) *Gabrielen Bethlen*, proditorem meum primarium ligatum vel mihi tradiderit, vel ante fideles meos caput illi amputabit, praesentium per vigorem, fide mea Deo debita, vestram assecuro Excellentiam, vt omnia, quaecunque Andreas Géczy, temporibus non ita pridem elapsis in Porta spopondisset, omnia actualiter per Tuam praestabo Excellentiam, assignando hic et nunc Arces, Fortalitia et loca illa omnia Tömösuarinum circumiacentia, quae diuersis uicibus, a praedecessoribus nostris, iteratis promissionibus erant assignanda.

alia manus anuum 1612. rursusque anno sequente, mense Maio fuisse Transactionem firmatam.

(*a*) De fuga hac ipse Bethlenius ad Georgium Thurzo regni Palatinum die 11. Nov. anno 1613. Claudiopoli scripsit: als ich zur Fristung meines Lebens aus dem Land in die Fremde weichen müssen, ihme Bathory demütig ersucht, und meine nützliche Dienst anerbotten, wie auch die zum End des Sultans Kriegsmacht über die 40 Täge lang ohne allen Schaden des Landes aufgehalten ꝛc. Vid. Acta LONDORPII Part I. pag. 148.

Ego interim obnixe vestram Excellentiam rogo, conceptui parcat meo, compareat cum castris, et militibus suae Maiestatis potentissimae, Tömösuarinum accedat, ibique castra figat. Quot, et quales ex Primatibus regni, pro ponendo pignore, vestra voluerit Excellentia, vsque ad effectum rerum, mittam. Rebellis nec fui, nec fieri volo, imo Lippam hinc ibo, inde Excellentiam Tuam certiorabo, vt die a me praefigendo, cum praesidiariis vestra accedens Excellentia capiat assignanda.

Tributi restantias, quae vigore consilii illius susurrantis (*a*) Bethlenii diebus in meis sunt coaceruatae, per intimum fidelem meum sine mora, simul et semel supplebo, et administrabo, nec vnquam alias in administratione, aliorum vtar nugis, imo, sicuti piae memoriae Stephanus Bathori, Sigismundus Ba-

(*a*) In Porta Ottomanica variis criminibus Bathorium reum egit, et ad Thurzo Palatinum ita scripsit: Euer Gnaden ist unverborgen in was unzimmlichen Stand, großen Widerwärttigkeiten, unnóthlichen Kummer, und schädlichen Einfällen in den benachbarten Landen, der vor mir gewesene Fürst Bathory Gabor, mit Unterdrückung Recht, und Gerechtigkeit, Verwüstung und Spolirung der Länder, und Verfolgung der Jnwohner, die fünf Jahre regiert. Vid. LONDORP. c. pag. Similia Saxones Transiluani, ad Legatos Electoris Saxoniae Viennam scripserunt. *ibid.*

thory, Christophorus Bathory, ita et ego tributum, et alia fidelitatis Portae praestabo seruitia, iuro. In cujus rei firmitatem, praesentes proprio chirographo exaratas, Sigilloque annulari, et quidem secretiori roboratas, per *Ibrahim Begum* dedi, et misi, cui secure fidem adhibeat, rogo. Dat. in Castris nostris ad Albam Iuliam, die 9. Oct. 1613. (*a*)

benevolus
GABRIEL BATHORY.

III.

Ad Ioannem Baruitium, Consiliarium regium.

Queritur Bethlenius finitimas Transsiluaniae arces a Caesareo milite insessas: mittit Legatum, qui eas repetat: petit, vt Baruitius apud Caesarem suam operam eatenus interponat. d. 17. *Maii* 1614.

Magnifice D. amice mihi obseruandissime etc. Interea, dum ex singulari animi mei sinceritate, non tantum in testimonium debitae

(*a*) Nihil tamen profecit, die 27. Dec. immissis a Nicolao Abafy percussoribus foede trucidatus, quin vlla ad id patrandum mandata aliunde haberet. Apud LONDORPIVM *cit. loc. pag.* 147.

obseruantiae, sed etiam Summae erga Sacratissimam Caesaream, regiamque Maiestatem praestandae obedientiae gratia, solemnes ad Eandem Legationes instituo, ornoque, qualia clam, palam ex interceptionibus arcium finitimarum ab Officialibus Eiusdem, praeter leges foederis initi, (*a*) vna cum meis omnibus passus sim, notiora ea sunt, quam vt relatione indigeant.

Pro solemni igitur earum repetitione, partim ex peculiari, propriaque sua Maiest. Caesareae, regiaeque voluntate, partim vero ad me, Statusque, et Ordines missorum Legatorum suasione, et instinctu, ad Legatum meum, D. Sigismundum *Szarmasagium*, in Aula suae Maiest. Caesareae, regiaeque hactenus detentum, nunc vicissim duos alios adiunxi, Generosum D. Andream *Kapi* de eadem, ac Prudentem, et circumspectum *Dauidem Litteratum*, Iudicem regium in *Köhalom*, per quos de restitutione ademtorum finitimorum, Sacram Maiest. Caesaream, regiamque, tam meo, quam omnium meorum fidelium nomine, humillimis et demissis petitionibus requirendam duxi. Ve-

(*a*) Nullum hactenus Bethlenio Principatum recens adepto, cum Caesare fuit, Arces vero finitimas, quae Gabrieli Bathorio ad tempus concessae erant, Caesarei occuparunt, ne has Bethlenius Turcis, vti promiserat, traderet.

stram etiam Magnificam Dominationem peramice rogans, vt secundum eam, qua apud Sacram Caesaream, regiamque M. pollet, auctoritate, benignam suam hac in re intercessionem, gratumque officium interponere ne grauetur. Ea re et amplissimo suo muneri Senatorio optime respondebit, communi aequitati, foederum obseruantiae consulet, malis non exiguis, quae forsitan ex his occupationibus emergere possent, (a) viam praecludet, me vero cum omnibus meis Summis quibusque, sincerae amicitiae officio sibi deuinctissimum reddet. Cum his eandem perbelle, ac feliciter valere, semper exoptamus. Dat. Claudiopoli die 17. mensis Maii, anno Domini. 1614.

Eiusdem M. D. vestrae

Amicus beneuolus

GABRIEL BETHLEN. m. p.

(a) Alioquin copiis Turcicis instructus, arces has vi occupaturus erat, vt ex Sultani litteris, eodem anno d. 3. Febr. ad Transsiluanos datis, liquet. Exstant inter *Acta* apud LONDORPIVM, P. I. pag. 149. in Germanicum traductae. Als aber obbemelter Gabor, an unsere Durchlauchtige Porten kommen, und sich zu unsern Füssen gedemüthiget, haben wir ihn durch unseren großmächtigsten Befehl, des Fürstenthums würdig gemacht. — — damit ihr in unsern hellen Tag stiller, und friedlicher Ruhe flegen könnet. Anjetzo aber, da Siebenbürgen wieder von Teutschen soll angefochten werden, dessen hat euer Fürst,

IV.
Ad Gabrielem Bethlen.

Mehmet Bassa, supremi Vezirii Locumtenens, Bethlenium redarguit, quod promissa non seruet, monetque, vt haec implere satagat, si fauorem Imperatoris mereri (a) velit. 1614. *s. d.*

Actualis Transsiluaniae Princeps Gabriel Bethlen vt fausto prosperetur fine, optamus. Interim notum sit, dum Michael *Angyalosy*, cursor vester, et tabularius huc ad fulgidam Portam peruenisset, litteras, fusius exaratas, et excusatorias vestras tradidit, continentiam omnium de, et super quibus scripsisti, cordi sumsimus. Primum, et ante omnia, quod Legatum destinaueritis huc ad expediendum negotium, qui, vsquequo huc appelleret, vt excandescentiam Potentissimi Imperatoris super tergiuersatione tua ortam, mitigaremus, rogastis, tunc et Imperator potentissimus, et nos

unser getreuer Bethlen Gabor, an unsere Durchlauchtige Porten uns erinnert. Derowegen, weil obbemeltes Land, neben andern Ländern unter unserm Schutz ist, unserm Großfürstenthum, und königlicher verpflicht, haben dannenhero dem Bassa von Tömösvar, und Erlauer Begen — — und allem Kriegsvolk, wie auch den Waywoden in der Walachey mandata geschickt, daß sie in Bereitschaft seyn 2c.

(*a*) Ex Turcico versa, hinc Sensus aliquando ambiguus.

reliqui tui amici, cum praestita tua seruitute erimus contentandi.

Sed o mi amice! quae, et qualis in lucem prodit gratia Portae, et promissionis amicorum? gratitudo tua vrbi patet. Quot quot enim inter vnius reuolutionem anni litteras huc misisti, omnes eas subinde annihilasti irrealitate. Imo potentissimus Imperator etiam iam alium erga vos habet conceptum, et, quod maius, vestrates ipsi hic degentes, quid, et qualia de vobis sermocinentur, effari nequimus, nec depingere valemus. Vt cetera relinquamus, elapsis non ita pridem diebus, dum prae timore violenti Gabrielis Báthory, regno, habitaculo, aliis quoque omnibus bonis relictis, in Turciam primo Adrianopolim, deinde pro conseruando tuo capite, dum sub alam Imperatoriam refugisti, variis angebaris tribulationibus, officiane porrigantur gratiosa, an aliud, non putarem, incideret capiti tuo? inter has, et similes, dum vexareris angustias, vt apud Maiestatem potentissimam clementissimam nanciscereris audientiam, nonne nos amici tui obtinuimus, vt exaudirere, imo et vt inopinata viuificareris munificentia, nonne effectuauimus, dum numerus Turcarum, Tartarorumque milites, vna cum horum Szerdaronibus, item Vaiuodis Moldauiae, et Transalpinae, personali succursu, vobis adiungentes, non patriam

solum vobis restituerunt, imo sedem magni tui inimici, Gabrielis Bathory ademtam tibi condonarunt. Qui inimicus tuus praefatus trucidatus, omnia illius, praedecessorumque suorum bona momentosa, nonne vigore armorum potentissimi Imperatoris in manus deuenerunt tuas, ab iisdem diebus, virtute succursus Imperatoris, in manus deuenerunt tuas, ab iisdem diebus, virtute Succursus Imperatorii, estis, nobilis regni Transsiluaniae Dominus, et cusor monetarum, sub qua protectione potentissima resistet quis ille? et qua, et quali fulgidae Portae gratia ponderosa, si iustum fateri velis, dum latitando eras vagabundus, seruire tibi placuit?

Hinc, dum veritas mundo patet, non tu negare potes, hoc tantum tuum est, vt, postquam tantam Dei, et pii Imperatoris nactus es gratiam, pie Deo seruias, et Imperatori candide te deuoueas, sic, credo in Deum, nemo te impediet, secus si feceris, et praesertim, si actione praesenti defeceris, Conclusum cum Porta, non effectuando relucteris, nostra, et cathegorica est resolutio, certe non bono gaudebis fine. Hoc est certum, accedente gratia, post Deum, Imperatoria ad tale dignitatis tu emersisti centrum, quod Corona dignum, cui enim, et vbi, quod tibi, collatum vix crediderim. Quantum installatio tua fuerit Imperatori sumtuosa, consistere vt valeres! his tamen

posthabitis, vel contemtis omnibus, quod in promissionibus tuis, tot iuramentis stabilitis, nihil aliud, quam ventum viderimus. Nescitur, proprione erras vitio, an aliorum ducaris susurationibus, Summa Summarum, nullam ad hunc vsque diem, verbum locutus es verum, nec vnicas rectas huc misisti litteras.

Quantas, et quales, ratione qualitatum tuarum, ante thronum Imperatorium fecerim attestationes, si naturalis tibi fuissem pater, non plus exaggerare valuissem. Ego enim potentissimo Imperatori demonstraui, quod pro hac vice solum pro Transsiluaniae regno te vnicum talem adinuenit Principem, et habilem, qui non solum candidus Portae est futurus, imo in momentosis dehinc excogitandis, et Ottomannicae Nationi perutilibus, potentissimo Imperatori sincera est praestiturus Servitia. Haec, et similia ego spopondi paterno affectu, quo nunquam, et erga nullum sum ductus zelo sudifero. Circa quae vno, alteroque verbo, secretim, per discretum tuum Stephanum *Szalanczy* non ita pridem tibi reportari iniunxeramus. Tu tamen et pudore me affecisti, et faciem meam in conspectu Imperatoris denigrasti, quia omnes tuae obligationes iuratae, vanae, et ineffectuatae ad hunc vsque diem haerent in puluere, ita, vt nulla penitus dete mentio apud Imperatorem videatur habere locum.

Quae, et qualia de te scribantur, et dicantur, decimam vtinam partem si nosses, et te corrigeres, et me pariter, pro te continuo erubescentem, ab hoc pudore ponderoso solueres. Non omnibus Hungaris tantam, quantam tibi, adhibebam fidem, ac non secus, ac naturalis pater tuus, tuam semper defendebam partem, quali dictamine semper pro tuo studebam bono, sed quo pacto erga te reconcilier, ignoro.

Nunquam Imperatorem potentissimum fore cuiquam similem autumo. Imperator Germanorum, quamuis Summus in toto orbe Christiano sit Monarcha, quantum in litteris suis, et expeditionibus potentissimo Imperatori tribuat honorem, qualia polliceatur Seruitia, vtinam tibi videre fas foret, praesertim quod nunquam Porta fulgida verba eius factis contraria est experta. Quaenam nuper cum omni complacentia praestiterit fauorabilia, nouisti optime. Sed pergamus vlterius. Rex Persarum potentissimus, quamuis sit ex Prosapia, et quidem antiqua regia oriundus, et Monarcha ad plagas mundi, forti certamine extensus, precario tamen solemnem, et extraordinarium suum huc expediuit Legatum, qui praeter cetera munera praegrandia, clenodia saltem plus, quam duodecies centena millia aureorum praeualentia, quamuis attulerit, non tamen ad hunc vsque diem audientiam ipsi obtinere valuimus,

imo hic desidendo, aduentum fama cum sua obliterare videtur, et quamuis innumerabiles reiteret pollicitationes, tamen, cum rima per pacta eius priora, comperta est, Szerdar contra ipsum a Porta destinatus, ingenti aggressus est bello.

Dum itaque horum veritas toti pateat orbi nec tu iuste negabis, quae tuae et Transsiluanorum vires comparate, quantae exstent, constat. Interim a diebus Solimanni ad obitum vsque Sultani Muratis primi, famosum Transsiluaniae regnum, tamquam frugiferum Imperatorum Seminarium, quantis abundarit incolis, plus quam nos, nostis, sub tutela, et protectione Ottomannica, obtentam Transsiluanorum pacem coaceruatas diuitias, an quod, et quale habuerit regnum. E manibus, post iteratas contra nos rebelliones, Germanorum nempe, quot vicibus vos potentissimus eliberauit Imperator, semper tamen vobis regnum reliquit vigore armorum nostrorum eliberatum. Si quid afflictionis contigerat vobis, quisnam, praeter Imperatorem nostrum potentissimum, vos liberabat? Sed quod hic mirabilius, et inscrutabilius, quod videlicet indentidem Transsiluania tergiuersabatur, rebellabat, identidem Porta fulgida miserta, remittebat. Quae si ponderare valeretis, tunc insufficientiam gratitudinis fateri, non pede insano recalcitrare debebatis.

Arces, *Lippam*, et *Ienö*, tamquam auitica potentissimi Imperatoris loca, Sigismundus *Bathory*, Moyses *Székely*, Stephanus *Bochkay*, Sigismundus *Rákoczy*, restituturos se se spoponderunt, ea ratione omnes hi, dum, et quando sibi Atname a Porta obtinebant, loca praefata ex Atname excludebant, ergo vt assignarent, et assignassent, nisi ex vivis subinde excidissent.

Quando Principatus Gabrieli *Báthory* erat a Porta collatus, tu, ni fallor, eras Legatus, huic subscribens Capitulationi, vt *Ienö* et *Lippa*, Portae assignentur. Si non tibi Capitulatio ista placuit, quare acceptasti? cur accepisti? quod maius, anno proxime elapso nonne tuus frater Stephanus *Bethlen*, et alter Transsiluaniae Primas, Stephanus *Erdély*, iuramentales tuas ratione assignatorum Fortalitiorum eorundem, attulerant litteras, quae ad hunc vsque diem exstant, et quibus potentissima confisa Maiestas Atname per eosdem vobis miserat Legatos, cur in toto annuens amplexasti, acceptasti, et hodie tenes?

A quo tempore litterae tuae iuramentales ad nos peruenerant, et similes a nobis obtinueras, quantae apud nos, ratione assignationis praefatorum Fortalitiorum, tuae agonizant expeditiones iuramento firmatae, sed quis vsus? Subinde enim verba tua inanis sequebatur aer.

Tandem,

Tandem, postquam in cauillis defecisses, interim *Nazub* Bassa hic mortuo, nouas resuscitasti exceptiones, plures interpiciendo occasiones dilatorias, ad quas idem defunctus optime tibi tunc reposuerat. Vltimato, dum nullus tibi loquendi daretur locus, publicas, et priuatas instituisti expeditiones assecuratorias iure iurando spondens, vt in diebus festiuis vestris Pentecostes insignibus, nil mortem, et vitam curantes, assignabitis, non obstante vestra cum Germanis litigantia, etiamsi loca per eosdem vobis ademta non rehabere queatis, imo, etsi iidem contra vos bella moueant, non assignationem recusabitis. Haec, et his similia cum insigni a manibus Imperatoriis, recenter, et curiose tenentur. Sed non solum haec, imo omnia, quae in conspectu suae potentiae, ad oculos es pollicitus, in ventriculo custodiuntur volatilico. Terminos per te praefixos, quanti transgressi sunt menses, vtinam sentires! tamen, notum tibi certo sit, multum tua apud Imperatorem grauata sunt negotia. Elapsis non ita pridem temporibus, dum *Lippa*, et *Jenö* in manibus Imperatoriis erant, Transiluaniae, sicut malum granaticum micis, ita et ipsa incolis confertim erat plena, nunc vix medietas incolarum, agris, vineis desolatis contentari potest, quae insatiabilitas praebebit causam po-

tentissimo Imperatori, vt ne vnicum ex suo horto porrigatur malum.

Mi fili! hoc nos paterno affectu tibi reuelauimus, et quia tam Hungaram amamus Nationem, quam Transsiluanam, et praecipue erga te singulari ducimur amore, notum tibi esto, et caueto iterum, atque iterum caueto, ne secundus, et inextinguibilis incendatur ignis, non enim exstinguet humana manus. Ego hac vice vnica, vt saltem ad aduentum vsque Legati a vobis huc destinati, vt sua Potentia se contineret, sudorifero obtnui labore.

Acceptis itaque praesentibus, et attente, curioseque perlectis, de exitu in aditu meditemini. Non enim nos, si in quoddam non putatum incidetis, causabimur, sed vos. *Huszt* etenim, et *Kövár*, *Nagybánya*, et *Maramaros*, Fortalitia, nonne succursu Imperatoris tenetis? nonne, ante ademtionem horum, eorundem ratiocinabamini carentiam? Sed nescitur, quorum ducaris sensu. Nam si loca praefata, secundum pacta, assignasses prius, et tu Fortalitia proxime mentionata a Germanis tenta, obtinuisses prius. Optime enim Germani norunt, eousque, quo tu terguersando, *Lippam* et *Ienö* tenebis, non a Porta quietem habebis, sic et ab illis infestaberis. Sed quamprimum nostra assignasses, subinde ab illis et tua ha-

buisses, qui si fuissent reluctati, armis Imperatoriis eos compescuisses.

Sed ne, vt Germanicis scrupulis ratiocinari queas, notum tibi esto, Germani sic se nobis expectorarunt, etiamsi dimidium Transsiluaniae nobis cesseritis, illi certe curant nihil. Summa Summarum, restat nihil, quod obiiciatis, vel nos admitteremus. Hoc solum restat, quod tuum vnice est, vt Imperatorem disgustatum reconcilies quamprimum, pacta effectues per totum, secus, quod tibi displicebit euentus, est verum.

Itaque, quoniam et nos paterno erga vos in hoc casu ducebamur affectu, vos quoque ita filiali accelerabitis in expeditione antelata, sed optatae Legationis vestrae, vt omnes hactenus controuersias non bene continuatas, optatus illius sopiat aduentus, vbi et tuus triplicabitur respectus, et regno fauor Imperatorius erit pergratus, omnis denique inimicus vester futurus est confusus. Si vero nec his, nec tantis te recolligis, certum pro certo scias, male tibi eueniet, et tunc sero luctu: sero sapiunt Phryges.

Haec a me, siue vt praemonitorem a patre, siue vt consilium ab amico recipias, vt ne exitum fleas. Imo primordium ponderes, consultum nobis videtur. Per exhibitorem praesentium iniunxi, et oretenus iussi, quibus exauditis, hoc fac, cuius finis gaudium parit. Si quaeris,

quare vltimo, et iterato queriter? non miremini. Nunquam enim hoc, quod hac vice pro vobis tuli derogamen, quam nigredinem nisi sobria a facie, deterseris reparatione mea, nec tu durabis, nec ego, e contra, reparata per te mente Imperatoria, inautumatam suae potentiae gratiam, et reflexionem experieris nostram, nunquamque occurrentiae vestrae reiicientur a Porta. Haec pro nunc sufficientia sunto. (a)

Pater beneuolus

KAIMAKAN MEHMETH GYŰRCSI Bassa.

V.

Induciae trium mensium inter Caesaream, et regiam M. tum Principem Transsiluaniae, et huius Status, et Ordines, ad conciliandam pacem initae. d. 1. Novemb. 1614.

Nos GABRIEL BETHLEN, Dei gratia Princeps Transsiluaniae, partium regni Hungariae Dominus, et Siculorum Comes cet. Memoriae commendamus cet. Quod, cum nos publicae Christianorum regnorum tranquillitatis

(a) Exemplum meum exhibet in margine annum 1614. sine diei, et loci indicio.

studio flagrantes, ac imprimis erga Sacram Caesaream regiamque M. ditionesque eiusdem, non minus singulari, et sincera, sed deuota etiam affectione ducti, vertente iam anni integri spacio, Tractatum cum sua M. Caesarea, regiaque iniuerimus, binis eandem, iisque Solennibus, nostro, Statuumque, et Ordinum regni nostri Transsiluaniae nomine Legationibus humillime requirentes, cuius quidem Tractatus vt optatus tandem finis imponeretur, et concluderetur, per posteriores Legatos, tam Decreto ipsis tradito, quam etiam, vt ex eorundem relatione vberius intelleximus, clementer se sua M. Caesarea, regiaque resoluerit, vt a die insinuationis, mutuae assecurationis intra trimestre, se se locum certum, quo vtraque pars conuenire debeat, nominaturam, suosque Commissarios, pacis amantes eo designaturam esse, ex parte similiter nostra, Statuumque et Ordinum regni nostri Transsiluaniae idem fieri velle.

Cui quidem tam clementi suae M. Caesareae, regiaeque resolutioni per nostros Legatos fusius declaratae demisse obsequentes, nosque accommodare volentes, in eo suam M. Caesaream, regiamque demisse, fide nostra mediante assecurandam, affidandam, et certificandam duximus, quod intra trimestre spatium, in Decreto suae M. Caesareae, regiaeque expressum, a die mutuae istius assecurationis, insinuationis,

Legatos nostros, pacis amantes, ad diem, et locum, a sua M. Caesarea, regiaque designandum transmitteremus, qui vtrinque, quoad eius fieri possit, difficultates omnes pacifice complanent, et componant, pacemque publicam stabiliant, milites nostros limitaneos, ab iniuriis, et insolentiis arcebimus, et cohibebimus, inducias, quae iam antea in tres menses constitutae fuerunt, vsque ad finem instituendi tractatus extendi curabimus, nullasque hostiles praetensiones ex hisce partibus contra suam M. et ditiones illius, palam, vel occulte suscipiemus, neque Turcas, Tartaros, Valachos, aut alios quoslibet solicitabimus, et, si forte iam antea solicitati fuissent, absque mora de his induciarum modis eosdem certiores reddemus, vt nimirum ab omni hostili conatu cessent, et supersedeant. Hoc tamen praecauentes, ne huiusmodi toties instituendi Tractatus resuscitationi, ademtae ditionis Transiluanicae praeiudicent, prout modo praemisso assecuramus, affidamus, et certificamus, spondemus, et promittimus harum nostrarum vigore, et testimonio litterarum mediante. Datum in arce nostra Lippa, die prima mensis Nouembris anno 1614.

Nos Proceres, et Magnates, ac vniuersi Status et ordines trium Nationum regni Transsiluaniae memoriae commendamus cet. Quod nos, cum publicae Christianorum regnorum tranquil-

litatis studio flagrantes, ac imprimis erga Sacram Caesaream, regiamque M- ditionesque eiusdem non minus singulari et sincera, sed deuota etiam affectione ducti, vertente iam anni integri spacio, tractatum cum sua M. Caesarea, regiaque iniuerimus, binis eandem, iisque solennibus nostro, ac Illustrissimi D. Principis, Domini, Domini nostri Gabrielis Bethlen, Dei gratia Principis Transsiluaniae, partium regni Hungariae Domini, et Siculorum Comitis, domini nostri clementissimi nomine, Legationibus humillime requirentes, cuius quidem tractatus, vt optatus tandem finis imponeretur, et concluderetur, per posteriores Legatos tam Decreto ipsis tradito, quam etiam, vt ex eorundem relatione vberius intelleximus, clementer se sua M. Caesarea, regiaque resoluerit, vt a die insinuationis mutuae assecurationis, intra trimestre, se se locum certum, quo vtraque pars conuenire debeat, nominaturam, suosque Commissarios, pacis amantes, eo designaturam esse, ex parte similiter nostra, et dicti Illustrissimi D. Principis, domini nostri clementissimi idem fieri velle.

Cui quidem tam clementi suae M. Caesareae regiaeque resolutioni, per nostros Legatos fusius declaratae demisse obsequentes, nosque accommodare volentes, in eo Suam M. Caesaream regiamque demisse, fide nostra mediante

assecurandam, affidandam, et certificandam duximus, quod intra trimestre spacium in Decreto suae M. Caesareae, regiaeque expressum, a die mutuae istius assecurationis, insinuationis, Legatos nostros, pacis amantes, ad diem et locum a sua M. Caesarea regiaque designandum transmittemus, qui vtrinque, quoad eius fieri possit, difficultates omnes pacifice complanent, et componant, pacemque publicam stabiliant.

Milites nostros limitaneos ab iniuriis, et insolentiis arcebimus, et cohibebimus, inducias, quae iam antea in tres menses constitutae fuerunt, ad finem instituendi tractatus, extendi curabimus, nullas hostiles praetensiones ex hisce partibus contra Suam M. et ditiones illius, palam vel occulte suscipiemus, neque Turcas, Tartaros, Valachos, aut alios quoslibet solicitabimus, et, si forte iam antea solicitati fuissent, absque mora de his induciarum modis eosdem certiores reddemus, vt nimirum ab omni hostili conatu cessent, et supersedeant. Hoc tamen praecauentes, ne huiusmodi toties instituendi Tractatus restitutioni ademtae ditionis Transiluaniae praeiudicent, prout modo praemisso assecuramus, affidamus, et certificamus, spondemusque, ac promittimus harum nostrarum vigore, et testimonio litterarum me-

diante. Datum in arce Lippa, die prima Nouembris anno Domini 1614.

Vniuersi Status, et Ordines trium Nationum regni Transiluaniae.

VI.

Ad MVRAT Turcarum Sultanum.

BETHLENIVS *per Athname Turcicum, Princeps Transsiluaniae declaratus, caussas reddit, cur arces aliquas Hungariae, a se promissas, nondum potuerit Turcis cedere A.* 1614.

Potentissime Imperator, Domine mihi clementissime, vt Deus vnum quemque vestrae potentiae diem in millenos extendat, eosque felicissimos reddat, faciebus ad pedes Caesareos versis, eundem Deum oro. Ex primoribus Transsiluaniae, et Seruis potentiae vestrae, humillimum exhibitorem, ea ratione ad fulgidam Portam vestrae potentiae expediui, vt negotia per me in conspectu Imperatorio promissa, tergiuersatione tamen inimicorum impedita, effectuarentur, nimirum, vt *Lippa*, *Solymos*, *Totuaradia*, *Vepres*, *Macrina*, *Arad*, *Szerencs*, et *Monostor*, ex Fortalitiis iam pridem pollicitis, Maiestati potentissimae ass-

gnarentur, quae quidem Fortalitia, qua de caussa *t*antisper remorata in assignatione fuerint, satis, superque demonstrauimus rationibus.

Consentaneum itaque mihi videtur, vt nulla admissa mora, *Deák Mehmet* Bassa, cum vniuersis a Tőmösvár dependentibus exercitibus, castra ad Tőmősvár figat, demandetur stricte, qui acceptis litteris meis, subinde nobiscum, in loco praefixo compareat, vt et nos loca eadem eidem in manus ipsi demus, is quoque, receptis locis, praesidiis Imperatoriis firmare queat. Quae res vsque dum finem nanciscetur, vt praesentium exhibitor, sub praetextu pignoratitio, in Porta fulgida subsistat, vna cum regnicolis; iussimus.

Arx *Jenő* hac vice assignari nequiuit. Primo enim Officialis in eadem est, *Petneházy* dictus, est valde rigidus, et ab inimicis corruptus, secundo, sunt et praesidiarii numerosi, plus quam pertinacissimi, ita, vt, si pugna ab ipsis debeat occupari, non damnum sanguinis arx praefata aequabit. Sic itaque pro euitando damno maiori, nolens volens, arcem quamdam *Bajom* dictam, 30,000. Thalerorum, sum coarctatus pro contento praementionati *Petneházy*, paratis emere pecuniis, qui nec sic secus domari potuit, nisi vt ad diem S. Demetrii, respirium illis ad cumulanda sementa campestria detur.

Obsequentissime itaque potentissimum oramus Imperatorem, ne eousque se patientari molestum sit, tunc et id Fortalitium, *Ienő* dictum assignabitur infallibiliter. Hac de re fusius Excellentissimo Vezirio, *Kaimakano* vestrae potentiae, sincere insinuauimus, ab eodem clementer patebunt omnia. Absit, Deusque auertat, vt in minimo contra vestram impingere ausim potentiam. His diuinae commendo directioni potentiam eiusdem. 1614. (a)

Obsequentissimus maneo Seruus
GABRIEL BETHLEN.

VII.

Ad Vezirium Nakasi Hazanem Bassam.

Bethlenius caussas reddit, cur arx Lippa cum reliquis, nondum reddi potuerit Turcis: nunc autem, obtenta victoria, se has iam Bassae Tömösvariensi consignasse. Commendat eidem Legatum suum, eaque, quae is propositurus esset. d. 14. *Iun.*. 1616.

Spectabilis ac Magnifice Vizir Bassa mihi semper beneuole cet. Ab annis compluribus inter nostrum potentissimum, inuictissimum-

(a) Locus, et dies in meo exemplo defuit.

que Caesarem, et regnum Transsiluaniae, alienationes, disceptationesque intercurrerunt, ob ademtam, nec redditam *Lippam.* Diffiteri non possumus, plurimas, easque iustas, ac euidentes causas fuisse, ob quas, nec regnum, nec qui hucusque fuere Principes, adduci potuerunt, vt eam redderent. Nam ex quo priscorum Hungarorum progenitores, relicta Scythia, ferro absumtis harum terrarum incolis, regnum aquisiuerunt, nullo vnquam tempore vel auditum, vel lectum alicui, quod gens Hungarica, non dico arces, ciuitates, tractus integros, sed vel palmum terrae, sine armis, sine sanguine, sine caede, gratis alicui concessisset. Ex quo autem gens Ottomannica contra Hungaros bella gessit, quacunque in arce soli Hungari milites fuere, quantumuis valida impressione premerentur, haud se se dediderunt, ad vnum omnes internecione deleri pro defensione patriae maluerunt. Testantur id Alba graeca, Temesuár, Gyula, Szigethum.

Nunc nostrae actiones, et aduersus potentissimum Imperatorem declarata sincera fidelitas, longe aliter habentur. Nam vt in potentissimum Imperatorem veram fidelitatem nostram, restitutione arcis *Lippae* comprobaremus, ob practicas plurimorum germanizantium, accedente praesidiariorum rebellione, et exercituum nostrorum multiplici difficultate, multorum san-

guinis, ac vitae profusione, ciuitatem assultu, et arcem valida impressione occupauimus, vt vel hac ratione potentissimo Imperatori gratificaremur.

Interea ex parte Gcrmanorum, tametsi sub pacis praetextu, multa donatiua deferantur potentissimo Imperatori, alia tamen ex parte, Georgium *Homannay* in Transsiluaniam, *Sorban* Vaiuodam in Valachiam, valido exercitu instructos expediuerunt. In subsidium quoque arcis *Lippae*, ne videlicet illa per nos posset reddi Imperatori potentissimo, ad instantiam praesidiariorum, validus contra nos exercitus fuit expeditus. Verum nos accelerato itinere, illius aduentum praeuertimus, et iam ciuitatem occupaueramus, cum haec auxilia superuenerunt. Interim et arcis oppugnationem vrgendo, et contra aduentantes in campis depugnando, Deo adiutore, contra vtrosque feliciter rem gessimus. Arce igitur occupata, et euacuata, iuxta clemens mandatum potentissimi Imperatoris, *Lippam*, cum quinque arcibus, et castellis ad eam spectantibus, nos ipsi in manus Beglerbegi Temesuariensis, Spectabilis, et Magnifici Mehmeth Bassae consignauimus.

Ob hanc aeterna memoria dignam fidelitatis nostrae declarationem, cui parem vero hucusque in tota Natione Hungarica, forte nec in alia, versus Ottomannicam gentem exhibuit,

quam clementem protectionem, quantam bonorum affluentiam sperare debeamus a nostro clementissimo, summaeque dignitatis Caesare, quam amicitiam, beneuolentiamque a Vezirio, quam ab vniuersa Musulmannica gente gratitudinem, id nos Summi inprimis Dei, ac per totum orbem diffusarum gentium, ac nationum perennaturo iudicio comittimus, capitis nostri, vitaeque propriae discrimine, tot insignium militum nostrorum sanguine, grande obsequium praestitimus, vel hac ratione gratiam, ac fauorem potentissimi Imperatoris demereri satagentes.

De totius negotii cursu, deque postulatis nostris, quae potentissimo Imperatori repraesentamus, Vestram Magnificentiam Orator noster, qui illic est, plene edocebit, rogantes cum omni affectu Magnificentiam vestram, digna postulata nostra suo fauore promota velit, quod nos vna cum regno nostro, omni gratitudine demereri conabimur. Deus conseruet Magnificentiam vestram diutissime incolumem. Datum in castris nostris ad Lippam positis die 14. Iunii 1616. (a) Magnificentiae vestrae

beneuolus amicus Seruitor
GABRIEL BETHLEN.

(a) KATONA *Hist. Regum Hung.* Tom. X ordine XXIX. p. 637. habet *d. Iunii.* 17.

VIII.

Confirmatio Transactionis *Anni* 1615. *inter Suam Maiestatem Caesaream, ac regiam Mathiam II. nec non Gabrielem Bethlen, Statusque, et Ordines Transsiluaniae Tyrnauiae d. 2. Septemb.* 1617.

Nos *Mathias* Dei gratia electus Romanorum Imp. Semper Augustus. ac Germaniae, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae cet. rex. cet. Memoriae commendamus tenore praesentium significantes, quibus expedit, vniuersis. Quod, cum nos propria, et paterna erga fideles subditos nostros, adeoque totam Christianitatem, cura, et solicitudine nostra, ad tollendas, complanandasque etiam eas, quae nimirum post priorem, inter M. nostram, Spectabilemque, ac Magnificum *Gabrielem Bethlen*, Statusque, et Ordines trium nationum prouinciae Transsiluaniae, in libera regiaque ciuitate nostra Tyrnauiensi, factam transactionem, vtrinque intrauerant difficultates, et differentiae, stabiliendamque amplius communem pacem, et concordiam, certos nostros fideles Commissarios infra scriptos, in eandem ciuitatem nostram Tyrnauiensem, benigne denuo destinassemus, idemque *Gabriel Bethlen*, ac praefati vniuersi Status, et Ordines ditionis Transsiluaniae pariter certos suos Legatos submisisset, sicque ab

vtraque parte cum assecuratoriis, plenipotentialibusque litteris sufficienter instructi ibidem comparentes, eum in finem certas fecissent conclusiones, easque vtrinque confirmandas, in se se recepissent, exhibuerunt proinde nobis humillime, debitoque modo, et tempore praesentari fecerunt easdem iidem Commissarii nostri, regia autoritate nostra roborandas, tenoris subsequentis.

Nos *Petrus Pazman*, Archiepiscopus Strigoniensis, locique eiusdem Comes perpetuus, Primas Hungariae, Legatus natus, summus, et Secretarius Cancellarius, *Ioannes a Molard* Liber Bamo in Reinegh, Drosendorf, intimus Consilii bellici Praeses, ciuitatis Viennensis Supremus Comes, et Cubicularius, *Ladislaus Pethe de Hetes*, Comes Comitatus Thornensis, Ianitorum regalium per Hungariam Magister, Camerae Hungaricae Praefectus, et *Paulus Apponyi de Nagy-Appony* Sacrae Caesareae M. Consiliarii cet. Nosque *Simon Péchy de Szent-Eörsebeth*, Illustrissimi Principis Transsiluaniae intimus Consiliarius, Magister *Stephanus Frater de Belenczö*, eiusdem Principis Transsiluaniae Protonotarius, *Michael Ballasy de Wethke*, Sedis Siculicalis Marus Capitaneus, et *Dauid Litteratus* Sedis Saxonicalis Kőhalom Iudex regius. Damus pro memoria tenore praesentium significantes, quibus expedit, vniuer-

sis.

sis. Quod, cum post transactionem inter praefatam suam Caesaream regiamque M. dictumque D. Bethlen, Statusque, et Ordines trium Nationum prouinciae Transsiluaniae, in anno Domini 1615. mense Maio, per certos eiusdem M. Caes. et regiae DD. Commissarios, Legatosque Transsiluanos, tunc praesentes communi consensu factam, atque initam, solennibusque Diplomatibus roboratam, certae vtrinque difficultates, controuersiae, ac differentiae, adeoque inuasiones regnorum, et prouinciarum exortae fuissent, ad earundemque complanationem, tollendamque in futurum omnis diffidentiae suspicionem, differentiarumque materiam, nos vtrinque pro veris, et indubitatis Commissariis, et Legatis, in liberam, regiamque hanc ciuitatem Tyrnauiensem ad diem 29. mensis Iunii, anni currentis, festum nempe beatorum Apostolorum, Petri et Pauli, cum litteris plenipotentialibus, et assecuratoriis sufficienter instructi, destinatique fuissemus, siquidem vigore Instructionis, nobis Commissariis, a dicta Sacratissima M. datae, nullus nouus tractatus fuerit instituendus, sed pro moderandis duntaxat, tollendisque praescriptis difficultatibus, differentiis, et excessibus, denique conciliianda firma, ac stabili securitate, opportuna quaedam media reperienda, ideo nos post alia diuersa vltro citroque facta colloquia, in sub-

sequentes conclusiones, vnanimi voto, et suffragiis vtrinque descendimus.

Quod memorata Transactio Tyrnauiensis, anteqnam praecipuus huius Transactionis scopus, et finis, ne semel in bonum publicum conclusa, ratificata, et confirmata, in dubium reducta, in discrimen status publici dissoluantur, cum omnibus clausulis suis, et punctis non solum in suo esse relinqui, sed denuo etiam vtrinque stabiliri, et confirmari debeat, quod vniuersae offensae, violentiae, iniuriae, damnaque, et incommoda, occasione videlicet praescriptarum suspicionum, differentiarum, et seditionum, ex quibus multarum, et periculosarum contentionum semina in futurum exsurgere, et excitari, exindeque maiora etiam pericula status publici emergere possent, quouis modo, per quoscunque, et quibuscunque facta, illataque, siue illi externi, siue domestici, siue Magnates, Nobilesque sint, siue alterius cuiuscunque status, praeeminentiae, et conditionis homines, generali vtrinque amnestia, seu obliuione in perpetuum sepeliantur, inque inuoluta tali nimirum ratione, vt a neutra partium, ob damnorum, et iniuriarum sub iisdem disturbiis, post tempus scilicet antelatae transactionis Tirnauiensis emersarum illationem, refusio, et satisfactio aliqua praetendatur, neque incolae ditionum suae Maiestatis, contra

prouinciales Transsiluanos, et e contra Transsiluani contra regnicolas dictae suae M. veluti persona contra personam, quidquam, et quocunque sub colore, in futurum, et perpetuis semper temporibus suscipiat, et intentet, sed quiete, et in tranquillitate, bonaque intelligentia, iuxta debitum, et obligationem ciuium tam regni eiusdem Hungariae, quam prouincialium Transsiluaniae, vita, actiones, et processus instituantur.

Quod in posterum, contra dictamen saepe dictae Transactionis Tyrnauiensis, neutra ex parte quidquam, palam, vel occulte attentetur, iniuriae nullae, nulla damna inferantur, clancularia consilia non foueantur, nullae solicitationes partium, vel vero factiones exerceantur, si quas autem difficultates ex alterutra parte oriri contingeret, de iis, ex parte quidem Transsiluaniae sua M. vel Successores eiusdem legitimi Hungariae reges, ex parte autem suae M. et Successorum suorum idem D. *Bethlen*, vel eius Successores, pariter requirantur, et certificentur, fiatque debita vtrinque semper tali casu satisfactio.

Quod si vero deinceps quispiam, cuiuscunque status, conditionisque is fuerit in dignitate, seu extra dignitatem constitutus, publica, aut priuata persona, contra publicam regnorum tranquillitatem, transactionisque Tyrnauiensis articulos in Transsiluania in Hungariam, aut

vice versa ex Hungaria in Transsiluaniam, quocunque sub praetextu, hostile aliquid moliretur, aut moliri niteretur, coacto, siue interno, siue externo milite, palam, vel occulte, aut vero perniciosa consilia foueret ad factionem aliquam, huiusque transactionis violationem, verbis, scriptisque, seu personaliter, vltro citroque commeando, partes solicitare, et inducere satageret, fiat primum ex vtraque parte, praemisso modo, inquisitio, tandemque comperta rei veritate, abscissis quibuscunque iuridicis remediis, non obstante item nobilitari praerogatiua, talis, tanquam seditiosus, et publicae pacis turbator, iuxta publicas regni costitutiones superinde editas, notam perpetuae infidelitatis eo facto incurrat, et vigore saltem huius constitutionis conuictus habeatur, in flagranti autem crimine deprehensus, ipso facto capiatur, meritisque poenis afficiatur.

In casu porro repentinae alicuius necessitatis, quae moram pati non posset, supremus, seu generalis suae M. Capitaneus, aut alii officiales eiusdem M. quibus superinde statim ordinationem dabit, ad primam requisitionem vigore huius transactionis, assumptis tam stipendiario milite, quam Comitatuum gentibus, Transsiluania porro tali modo consurgenda, talem pacis publicae; transactionisque Tyrnauiensis violatorem, vna cum suis asseclis, et

complicibus, coniunctis viribus, vbique persequi, citraque respectum personae punire possint, et teneantur.

Quod ad iustitiae administrationem, seu ad negotia, et caussas fiscales, quam aliarum Spiritualium, et Secularium personarum, quae ad conuentum Carolinensem, vigore praefatae Tyrnauiensis transactionis, pro festo S. Ioannis Bapt. tunc celebrandum, fuerant reiecta, sed ob certa impedimenta effectui debito dari haud poterant, spectat, illa ibidem ad festum beati Mathaei Apostoli, id est 21. diem mensis Septembris proxime venturum, eo, rursus modo, quo in priori termino concludi debuissent, reuideantur, componantur, et decidantur. Ita quoque negotium *Dauidis Zolyomy* ibidem reuideatur. Quae etiam circa negotium bonorum coniugis Magnifici D. *Thomae Bosnyak* in priori Transactione conclusa sunt, iuxta eandem conclusionem effectui tradantur.

Ceteri autem, qui vel bona sua in disturbiis istis amiserunt, vel alioquin possessiones, aut alia iura praetendunt, vigore saltem huius transactionis, et statuti, in Transsiluaniam se se tute, ac libere conferre possint, ibidemque primis duobus octaualibus terminis, caussae huiusmodi, breui processu, coram Iudicibus regni ordinariis, seruatisque de iure seruandis, decidi, debitoque effectui mandari debeant,

exceptis tamen bonis et iuribus possessionariis Fiscalibus, vigore publicarum constitutionum, ad arces, et praesidia spectantibus, et receptis, ita tamen, vt qui contra personam, dignitatemque eiusdem D. Bethlen, aut statum publicum quouis modo deliquerunt, culpam deprecentur, gratiam impetrare, errataque commissa, debita sinceritate, et obsequiis compensare studeant,

Demum circa separationem limitum ditionis Transsiluaniae, a ditionibus suae M. illa ratio obseruabitur, vt quae ad alterutram partem tempore pacifici Principatus *Sigismundi Bathory* possessa fuerunt, et deinceps quoque simili modo, ad alterutram partem possideantur, et maneant. In cuius fidem, et certitudinem, nos praefati Commissarii, et Legati, communi consilio statuimus, praeinsertos articulos interim, donec tam ex parte Maiestatis Caesareae, quam etiam ex parte domini *Bethlen*, modo, in priori tractatu Tyrnauiensi, declarato, vlterior eorundem confirmatio, et diplomatum ab vtraque parte, in praetacto conuentu Carolinensi, commutatio subsequatur, manuum subscriptione, sigillorumque nostrorum vtrinque appositione, duximus esse roborandos. Actum in praenotata ciuitate Tyrnauiensi, die ultima mensis Iulii, anno Domini 1617.

Nos itaque, quibus ex suscepto felicis regiminis nostri officio, nihil maius, potiusque est, quam vt sopitis, radicitusque euulsis quibusuis dissensionum fomentis, animi diffidentium, voluntatesque inuicem aduersantes, coalescant, quaeque ad communem pacem, ac tranquillitatem, sancte, ac pie conclusa sunt, firmiter, inuiolabiterque obseruentur, praeinsertos articulos omnes, inter nos, dictumque Gabrielem Bethlen, Statusque, et Ordines prouinciae Transsiluaniae, et partium regni nostri Hungariae, eidem annexarum, per dictos Commissarios nostros, atque Legatos praemisso modo conclusos, et praesentibus hisce litteris nostris de verbo ad verbum insertos, omniaque, et singula in eisdem contenta, ex certa nostra scientia, animoque bene deliberato, approbamus, ratificamus, et confirmamus, promittentes, nostro, Successorumque nostrorum, legitimorum videlicet Hungariae regum nomine, in verbo nostro Caesareo, et regio, et bona fide mediante, quod praeinsertos articulos, et conclusiones, omniaque, et singula in iisdem contenta, tam nos ipsi sancte, et inuiolabiliter semper obseruabimus, quam per Subditos nostros vniuersim, et alios, quorum intererit, obseruari faciemus, atque ad obseruationem eorum omnium, etiam Successores nostros, legitimos Hungariae reges obligatos esse in per-

petuum. In cuius rei fidem, ac firmius testimonium, praesentes hasce litteras nostras, quas manu nostra subscripsimus, et Sigillo nostro Secreto, quo, vt rex Hungariae vtimur, impendenti, communiri fecimus, et praenotato *Gabrieli Bethlen*, eiusque legltimis Successoribus, omnibusque Statibus, et Ordinibus Transsiluaniae, ac partium regni nostri Hungariae, eidem annexarum, dandas duximus, concedendas. Datum in arce nostra regia Pragensi, die secunda mensis Septembris, anno Domini 1617. Regnorum nostrorum, Romani sexto, Hungarici nono, Bohemici vero anno septimo.

IX.

Ad
Oratorem Caesareum Constantinopoli.

Bethlenius commendat oratori Caesareo rem Christianam, mittit propterea specialem Legatum, cuius verbis fidem vt habeat, petit. d. 21. Iunii 1619.

Gabriel Dei gratia Princeps Transsiluaniae, partium regni Hungariae Dominus, et Siculorum Comes.

Magnifice Domine, amice nobis honorande, Salutem, et beneuolentiae nostrae commendationem! Fidem, atque singularem dexteritatem V. Magnificae Dominationis in emo-

lumentum rerum Christianarum, inter quas etiam nostrae manent, et comprehenduntur, in Porta Ottomanica aliquoties experti, non est, quod hac vice pluribus, quasi easdem in dubium vocauerimus, incitemus. Praesertim, cum talem nunc ad eandem Portam Legatum expediuerimus, cuius et apud nos fides, ac industria perspecta tanta est, vt omnia potius ad relationem ipsius reiicienda, quam rem longa scriptione explicandam putauerimus.

Is V. Magnificae Dominationi forsitan bene cognitus, Generosus Franciscus Miko de Hidvegh, aulae nostrae Vice magister, et Sedium Siculicalium Csik, Gyrgeő, et Kaszon Capitaneus est. Cuius verbis vt V. Magnifica Dominatio et plenam fidem adhibeat, et in caussa communi nunc, si vnquam alias, studium omne, omnemque praestet diligentiam, summopere requiritur. Talis procul dubio labor ipsius et in eximiam nominis laudem cedet, et a nobis omni beneuolentia prosequetur. His V. Magnificam Dominationem perbelle valere desiderantes. Datum in oppido Vduárhely die 21. Iunii, Anno Domini 1619. (a)

(a) Exstat inter Acta MSS. Legationis Turcicae L. B. a KVEFSTEIN Oratoris Ferdinandi II. regis ad Portam Ottomanicam, cum hac rubrica *Paria litterarum a Principe Transsiluaniae Domino Oratori scriptarum Vduarhely* 21. *Iunii*, *quae fuere praesentatae* 23. *Iulii* 1619. *sed Legatus commendatus discessit absque petitione responsi. Litt. A. A. A.*

X.

Ad Caesaream Maiestatem.

Mirae et variae Bethlenii technae, et fraudes, quibus gratiam Caesaris auccupari nititur, vt, eo deluso, securus auxilia Bohemis ferre possit. d. 14. Iul. 1619.

Sacratissima Caes. regiaque M. cet. Ex obedientia, et debito fidelitatis, non potui praetermittere, omnia ea M. vestrae proponere, ac recensere, quae mihi Bethlen ex Transsiluania, medio *Michaelis Karoly* nunciauit. Volui autem per proprium Seruitorem hasce transmittere, ne in Postis, quod hoc tempore frequenter fieri audio, vel reserarentur, vel penitus supprimerentur.

Ad ipsum *Bethlen* igitur quod pertinet, offert se ad requisitionnem M. vestrae, sine mora, in propria persona adfuturum, et M. vestrae auxilia allaturum. Imo vero, si M. V. tantum ipsi confidet, se huiusmodi stratagemate vsurum, vt quamprimum cum exercitu suo Bohemis appropinquauerit, simulet, se ficto animo, sub colore amicitiae, M. vestrae suppetias ferre, intentionem vero suam esse, non M. vestrae, sed Bohemis, qui eiusdem cum ipso religionis sunt, viribus suis assistere. Hac quippe oblatione se dubio procul apud Bohemos

magnum creditum obtenturum, moxque expetiturum se, vt praecipua capita rebellionis personaliter ad tractandas res maximi momenti, in castra sua, in Bohemia iam locata, conueniant. Rem vero ita ordinandam esse, vt ipse *Bethlen* eo tempore non procul ab exercitu M. vestrae remotus esset, vt cum Generali eiusdem bonam correspondentiam, et cointelligentiam habere possit. Et quoniam Bohemi singularem in Bethlenium confidentiam collocarunt, libenter hoc ipsum litteris illorum probasset, si Cancellarius, qui eas ad manus habet, domi fuisset, quam primum autem redierit, curaturum, vt dictarum litterarum verissima paria transcripta, pro testimonio huc mittantur.

Vt autem hoc in negotio *Bethlenii* fidelitas, et sinceritas eo magis elucescat, pollicetur, nihil se neglecturum, quod sciret e re M. vestrae esse. Confidit porro, Principalibus Bohemorum se persuasurum, vt personaliter ad tractandum, vt praemissum est, conueniant, quos captos M. vestrae assignabit, moxque ex duabus partibus exercitum Bohemorum, vna cum Generali M. vestrae se aggressurum spondet, eoque caeso, ac deleto, Bohemiam passim ferro, et flamma deuastatam ad obedientiam redacturum, et per hunc processum quoque effecturum, vt Principes Imperii, qui fortasse alieno in M. V. sunt animo, ad obedi-

entiam, et deuotionem flectantur. Haec autem omnia Bethlen in arbitrium M. vestrae collocat, ex eiusdem consensu omnia peracturus.

Quodsi autem M. vestrae videretur, ne Bethlen personaliter insurgeret, sed certum duntaxat exercitum mitteret, pollicetur quoque, ter mille homines instanter expeditos, ad M. V. requisititonem se destinaturum, quocunque mandatum fuerit, et quidem cum tali instructione, vt se iussis M. V. omnimode accommodent.

Insuper mihi oretenus per dictum *Michaelem Karoly* significauit, M. vestram non habere maiores hostes in Hungaria, quam Stanislaum, et Emericum *Thurzones*. Hos enim duos Barones in confoederationem Bohemicam conspirasse, scriptis varia noua contra M. V. per Hungariam spargere, eandemque vbique locorum impedire, partialitates facere, et per Comitatus varias conspirationes. Imo vero existimat, Comitem de *Thuri* cum praescitu istorum *Thurzonum*, Viennam profectum fuisse, et, si aliquem successum res ista habuisset, ipsi quoque cum suis compluribus in Hungaria, contra M. V. rebellionem excitare voluisse. *Emericum* praeterea *Thurzonem* scripsisse, Bohemos nimirum fouere caussam iustam, et bonam, et quod merito contra M. V. rebellent, esseque necessarium, vt ad promotionem re-

ligionis *Bethlen*, quoque insurgeret, ad quod modo tempus commodissimum appulisse videret.

Bethlenii porro opinio est, si personaliter insurgeret, vt *Thurzonibus* diceret, se simulato animo exercitum adduxisse, et sic fore, vt animum suum *Thurzones* declararent, et si quid contra M. V. moliri eos cognosceret, ita se velle cum ipsis procedere, prouti cum Principalibus Bohemorum hoc ipsum superius est recensitum. Quodsi autem hoc medium M. vestrae displiceret, aliam rationem adinuenire debeat, vt istorum insolentia cempescatur. *Bethlenium* quippe pro certo compertum habere, M. vestram in Hungaria non habere maiores hostes, quam *Thurzones*.

Attingit quoque *Bethlen*, ne nimium Comitatensibus indulgeatur, et „si M. V. aliquam demonstrationem faceret in Thurzonibus , facile apertum fieret , quoniam Nobilium cum ipsis correspondentias habuissent, ex quibus si Palatinus duos tantum vita mulctaret, ceteri ne hiscere quidem auderent. *Thurzones* etiam cum suis affinibus, et Comitatibus, Trencsiniensi, Aruensi, Thurocziensi, et Liptouiensi, bonam correspondentiam habere, et alere, censere autem *Bethlenium*, maiorem partem istorum Comitatuum cum *Thurzonibus* cointelligentiam mutuam habere, *Thurzones* autem

plus satis maturuisse, neque talia ipsorum attentata diutius esse toleranda, neque consultum esse, vt arx Tockay in *Emerici Thurzonis* potestate relinquatur. (a)

Quales autem, praeter ista, iam praemissa, discursus *Bethlen* habuerit, praefatus Karoly notauerat, mihique de verbo ad verbum communicauit, quos ego hisce descriptos, M. vestrae demisse transmittere volui. Hos discursus libenter in latinum transferre curassem, verum Secretarius meus modo Cassouiae est, partim vt confiniorum solutionem apud Cameram solicitet. Ex litteris Castellani Cassoviensis, hisce adnexis, apparet, omnia ibi esse quieta, et pacifica, nec quidquam in minimo incommodi animaduertitur.

Bethlenius me etiam admoneri, et rogari curauit, vt cum D. Palatino in bona correspondentia perseuerem, quandoquidem intellexerit, male inter nos conuenire. Verum, Deo laus sit, inter nos nulla hactenus fuit differentia. Hoc mihi quoque insinuare fecit, se sat mirari non possse, quod rex Poloniae, qui ditissimus, et potentissimus est, nulla plane proprio stipendio conducta auxilia M. vestrae submittat. Si enim ex Polonia ad confinia Silesiae certus militum numerus collocatus fuisset, vtique non

(*a*) Huic ipse Bethlenius inhiabat.

tam facile Silesitae rebellare ausi fuissent, neque modo posse nocere, si Polonicus exercitus versus Silesiam ordinaretur, quod rex Poloniae dubio procul ad requisitionem M. V. non illibenter faceret.

Confidenter autem cum *Michaele Karoly* conuersando, prout id ipsum mihi idem retulit, Bethlen quaesiuit, qualem recompensam pro suis seruitiis oblatis, et praestitis, siquidem in persona propria cum 3000 virorum exercitu insurgere non paruas impensas requireret, tum etiam in Transsiluania pro securitate, non exigua manus relinquenda esset, a M. Vestra exspectare deberet. Ad haec *Karoly* se respondisse, ait, *Bethlenium* securum esse debere, in omni necessitate M. Vetsram vice versa paratam fore, contra quorumuis hostium impetitionem, milite, pecunia, aliisque necessariis, ipsum iuuare, et defendere. *Bethlenium* ad haec dixisse perhibet, se scire, quantum M. Vestrae, et Domui Austriacae debeat, et quales assecurationes in manibus habeat, quibus nixus, pro certo sciat, se nunquam a M. Vestra desertum iri. Hoc esse fundamentum ipsius, praecipuam caussam, cur tam promtus sit, M. Vestrae ad quaeuis seruitia, nec in minimo de clementia eiusdem, et gratia ambigat. Inter cetera tamen dicitur, non quidem petiisse, sed solum commemorasse, si omnia, vt prae-

missa sunt, opere adimpleret, et Emericus Thurzo propter excessus suos, arcem Tokay, et alia bona sua amitteret, illaque ad Fiscum regium deuenirent, existimare se, fore, M. vestram non difficulter cum arce Tokay, ipsi gratificaturam esse, vt pro sua maiori securitate, in regno Hungariae etiam aliquid possideret. Quod si autem M. V. iudicaret, Tokay esse nimium, vellet cum M. V. conuenire, et certam pecuniae summam superaddere.

Nunciauit quoque, se hoc anno ex Turcia nullum periculum timere, verendum tamen, ne Turcae arcem *Ienő* pertinaciter postulent, se vero ipsis nihil omnino concessurum. Quod si autem dictum locum per hostem obsideri contingeret, opus fore, vt M. V. ex Hungaria, certa auxilia ordinaret, suis copiis pro defensione dictae arcis coniungenda. (a)

Quae vero mihi *Bethlen* per saepe dictum Karoly scripto significauit, ex inclusis M. V. pluribus cognoscet. Breui ipsi respondebo, et omnia condecentia adhibebo, vt affectum, et deuotionem erga M. V. continuet. (b)

(a) Hac ratione nitebatur regem nouo bello Turcico, vixdum confecta pace, denuo implicare.

(b) Sero fraudem Bethlenii expertus, qui eum, Cassouia dolo intercepta, captiuum in Transsiluaniam misit, vbi paulo post etiam aerumnis confectus obiit.

Fran-

Franciscus Redey petiit me, vt aliquot centenarios Salis Nitri Varadinum deuehi permitterem, locum dedi petitioni ipsius, et 20. centenarios indulsi neque existimo, id M. V. displiciturum. Antecessor meus ante biennium tantundem euehi permisit, et putaui, per hoc bonos eorum affectus esse confirmandos.

Sigismundus quoque *Kornis* apud me fuit, et confidenter retulit, duos Thurzones M. Vestrae maximos aduersarios, et tam per litteras, quam per nuncios oretenus, in Transsiluania M. Vestrae mala officia praestare. Denique intellexi, si Comiti *Thuri* res Viennae attentatae processissent, quod duo *Thurzones* aperte rebellassent, omniaque media adhibuissent, vt alius in Hungaria rex electus fuisset, quae ipsorum molimina, ne Deus fortunet, oro. Ex Zathmario 14. Iulii 1619.

Haec omnia *Bethlenii* mihi scripta, et nunciata, propria manu D. Palatino communicaui, vt in secreto, ac silentio permaneant.

Andreas Doczy.

XI.

Ad Bohemiae, et Morauiae Ordines.

Gabriel Bethlen vtrosque hortatur, ne pacem cum Caesare ineant, se cum exercitu proxime ad fines Morauiae adfuturum, et communi studio rem gesturum, significat. d. 18. Aug. 1619.

Illustres, generosique Domini, perdilecti amici, penes impertita nostra promtissima officia. Non immerito omnibus piis, probisque hominibus exoptandum esset, quod mox ab initio exortae Bohemicae intemperiei, cuius sane per incertos, attamen certo, ac dissimili prorsus modo diuulgatos rumores, certiores sumus redditi, a finitimis Principibus adeo prospectum fuisset, vt tam dissitis locis constituti, magis pacificum, quam perturbatum, confusumque adeo florentissimi regni statum experiri necessum habuerimus. Quoniam vero ab illo tempore, neque regis Ferdinandi lenitatem, neque aliorum Principum mansuetudinem, et curam commouere potuimus, vt in Christianitatis regimine adeo perniciosum excitatum incendium, iterum exstingui, vel alio modo remorari potuisset, sed vice versa, multo magis cognitum, exploratumque est omnibus,

et singulis, quod vtrinque eo magis, magisque inter se inuicem exacerbati fuerint, et ita late serpens istud incendium maiores subinde vires aquisiuerit, idcirco quilibet sanae mentis iudicet, an videlicet nos deceat, vt in tanta Christiani status perturbatione, ad certa, indubitataque maiora mala se se magis, magisque extendente, otiosi sedere, incendium istud otiose inspectare, vel nostra arma eo conuertere debeamus, vt saepe nunc commemoratum incendium per idonea salutaria media iterum sopiretur, atque exstingueretur.

Cum enim dilectissima nostra patria, et imperium in faucibus quasi Turcorum Imperatoris haereat, qui in suis Consiliis non secus, quam vehementer, procellosique in mari fluctus, neutiquam quiescit, sed apud Christianos exortam minimam quoque discordiam stabilire, atque corroborare satagit, cumprimis autem hoc tempore, cum in Asia, et Persia nullum bellum gerat, et exinde probe sciat, quod absque nostro bello, nullum in Europa bellum, et nullum adeo periculum absque nostro periculo sit, adeoque vt ipsius in finitimas hasce prouincias, hostiles incursiones, et deuastationes mature praecaueantur, ipsique ad id faciendum omnis praecidatur commoda occasio, sed omnia in pacatiorem, tranquilliorem statum re-

ducautur, duos articulos perpendendos autumauimus.

Primo: quo pacto scilicet Ottomanici Imperatoris fauorem, atque clementiam, iuxta pacem, et concordiam impetrare possemus.

Deinde: vt etiam vestrum statum, et intentionem, atque quomodo erga nos adfecti, animatique sitis, explorare queamus. Cum itaque Dei ter optimi, Maximi diuino auxilio, et consilio, nobis ambae occasiones obtigerint, et ex vestris sub dato 14. Augisti ad nos ablegatis litteris, vestrum erga nos beneuolum affectum perceperimus, et a Constantinopoli quoque, sub dato 17. eiusdem mensis praeter omnem spem, et exspectationem nostram, Turcicas inducias, in Christianitatis emolumentum, impetrauerimus, atque tandem eo ipso facto propositi nostri fundamentum posuerimus, idcirco nos Domus Austriacae, Romani Pontificis, eiusdemque asseclarum magnam auctoritatem, et existimationem parum curamus, vicit zelus pro diuino honore, et vestra nobis promissa fides, quam nobis per Marcum Vaiuodam nostrum proponi curastis, quamque etiam decenti reuerentia amplectimur, cogitque nos in Dei ter optimi Maximi nomine, absque vlla mora nostrum exercitum itineri committere, idque hac ratione, quodsi, quod tamen minime speramus, in Hungaria forsitan impediatur, men-

se Septembri ad Morauiae fines peruenire velimus.

Interea vero Illustrissimas DD. vestras peramice rogatas volumus, ne fortassis vllam interim tractationem cum hoste ineatis, sed multo potius vos, vestrosque omnibus viribus tueamini, et nostrum aduentum, quem maturamus, praestolemini, certa, infalibilique spe, et fiducia freti, hostem, si sinceris cordibus, concordibus animis, et incorrupto, integroque consilio, vires nostras coniunxerimus, per exoptatum, faciliorem que modum, profligatum iri. Quo melius autem ex intimo cordium nostrorum, atque desiderio id feliciter procedat, Deus deuote implorandus est. De ceteris ad grauissimum hocce negotium pertinentibus circumstantiis, vos noster fidelis praedilectus Stephanus *Hatvanyi*, a quo praesentes nostras litteras accepturi estis, iuxta nostram instructionem, latius, clarius, et expressius erudiet, quem vna cum omnibus DD. vestrarum fidelitati, et constantiae, summo studio commendamus, vobisque omnibus, et singulis prosperum rerum omnium successum, constantemque valetudinem ex animo precamur. Dabantur Albae Iuliae 18. Augusti, 1619. (a)
Illustrissimarum DD. vestrarum

fidelis, et studiosissimus
GABRIEL PRINCEPS TRANSSILVANIAE.

XII.

Bethlenius coeptum pacis Hungaricae negotium per Agentem suum Constantinopoli interturbare conatur. d. 20. Sept. 1619.

Durchlauchtigst großmächtigster
König gnädigster Herr!

Euer königl. Majestät sind meine jederzeit treue unterthänige gehorsamste Dienste beuor. Was Gestalt der Siebenbürgische allhier residirende Agent von seinen Herrn Bethlen Gabor, so auf Beruffen der Böheimb, Mähren, Schlesien, Ob= und Unteresterreichischen Stände, auch vielen unruhigen Ungarn (die) allbereit aus seinen Land gezogen seyn sollen, sehr widerwärtig, und den heiligen Frieden hoch präjudizirliche Zeitung ausgeben, und mit seines Fürsten Schreiben in originali bestättiget, das alles werden Euer königl. Majestät von Herrn von Eggenberg, Grafen von Altheim, und Seyfrieden Preiner mit mehrern Umständen gnädigst zu vernehmen haben.

Ob ich nun wohl alsobald bey hiesigen Obristen Vizir in Kraft des 6ten Artikels der Wienerischen Ca=

(a) Hanc exhibet quoque LVNIGIVS T. 1. p. 124. Sed in nonnullis a meo exemplo variat.

pitulation, ernstlich dawider protestirt, und daß auf mein Anhalten berührter Gabor, damit er in seinem Land verbleibe, protestando gleichfalls alle Nothdurft zugeschrieben werden solle, versprochen worden, dieweilen aber diese pracktiken alter Erfahrung nach an gefährlichen ausgehen, also habe Euer königl. Maj. ich dieselben bey Zeiten dies durch Moldau und Pohlen in höchsten Geheim eigenes abgefertigten Kurier verpflichter Schuldigkeit nach erinnern, und Dero gnädigste Resolution, massen, wann sich auf wieder daraus entspringenden Ungelegenheiten, allhier endlich zu verhalten, in schuldigster Unterthänigkeit, erwarten wollen.

Was nun Euer königl. Majestät mir hierüber gnädigst anbefehlen lassen, vollbringe ich vermittelst göttlicher Gnade, mit eifriger Darsetzung Gut, und Blut gehorsamst, und thue sammt dieser meiner beständigen Demuth in Euer königl. Majestät gnädigsten Willen: und beharre königl. Maj. protection mich unterthänig gehorsamst befehlen. Constantinopel den 20. September 1619. (*a*)

(*a*) Est *Ludovici a Molarth* Oratoris regii ad Portam Ottomanicam. Exstat inter Acta Legationis L. B. a KVEFFSTEIN Litt. G. G. G.

XIII.

Ad Caesaream Maiestatem.

Cum Bethlenius copias suas Bassae Tömösiensi coniunxerit, et a Budensi subsidia petat, Legatus Caesaris, in euentum rumpendae pacis, noua sibi mandata mitti, et tutum reditum praestari, rogat. d. 9. Octob. 1619.

Durchlauchtigst großmächtigster König

Gnädigster Herr!

Euer Majestät ꝛc. Demnach von vorstehend gefährlicher Unruhe in Siebenbürgen allhier unterschiedliche widerwärtige Zeitungen, und in specie das der Diak Mehmet Bassa von Temesvár zu den Bethlen Gabor gestossen, und dieser an den Vizir Caracass Mehmet Bassa zu Ofen Hilf begehrt haben solle, glaubwürdig einkommen, also hab ich nicht unterlassen mich deswegen, unangesehen erst gesterigen Tags frühe durch Moldau und Pohlen zu Euer königl. Majestät ein eigener Kurier in Geheim abgefertiget worden, verpflicht unterthänigster Schuldigkeit nach, bey allhiesigen Obristen Vizir, super emergentibus damnis, et sanctae pacis praeiudicio, zum andernmal solemniter protestando, nothwendigen Bericht zu verholen, aber mehrere Nachrichtung nicht bekommen, als das laut besagter Vizir Caracas Mehmet Bassa Schreiben, allein unter des Bethlen Ga-

hor Brudern, und den Homonay ein Differenz entstanden, im übrigen auf den Gränizen gute Ruhe sey; sein Kaiser werde den Frieden unbrüchig halten, er Vizir auch wolle auf mein Begehren dem Diak Mehemet Bassa zu Temesvár, Bethlen Gabor, und Vizir Caracass zu Ofen bey seinem Diener einen, um ausführliche Information, und sonsten alle Nothdurst ernstlich zu schreiben, auch alsdann, da es nützlich, und von Nöthen seyn wird, einen ansehnlichen Mann von dieser Porten dahin abfertigen, welchen des Vizir Caracass Diener, besserer Sicherheit, und gewisserer Nachrichtung halben ich des Starczers Dollmätschen Nicolo Pazzi zugeben, und Euer königl. Majestät hiemit gehorsamst bitten wollen, mich dieser Unruhe Beschaffenheit, und hierüber Euer königl. Majestät endliche resolution, nach welcher ich mich gehorsamst zu verhalten, gnädigst berichten, zum Fall auch der heilige Frieden, so gleichwohl Gott gnädig verhüte, hierdurch periclitiren, oder gar gebrochen seyn sollte, den meinigen aller Orten sicher bleibender Ab- und Durchzug zugelassen, und erlaubt sey. Konstantinopel den 9. Octob. 1619. (*a*)

(*a*) Inter Acta memorata Legationis Turcicae Litt. H. H. H.

XIV.

Ludouicus Molarth Orator regius Constantinopoli quaedam capita Instructionis Liptayanae mutat, et quas ob caussas. (a) d. 13. Octob. 1619.

Ego Ludouicus de Molarth, L. B. in Reinegg, et Drosendorff cet. Fidem facio, et attestor, tenore praesentium, Generosum, et Strenuum D. Emericum Liptay Vicecomitem Comitatus Barsiensis, die 25. Augusti mensis anno 1619. coram me, et D. Michaele Starczero, praefatae S. M. regiae Agente, comparuisse, suam Instructionem, Credentionales, omniaque, quae a Sacra regia M. et Inclytis regni Hungariae Statibus in mandatis habebat, produxisse, ac patefecisse, mihique saepius iuxta tenorem dictae Instructionis informationem, et omnia ea, quae supremo Vizirio proponi deberent, vnanimi voto, cum maioris breuitatis ergo, tum etiam vt commodius in Turcicum idioma transferri possent, quinde-

(a) Emericus Liptay Vice Comes Comitatus Barsiensis additus est a Statibus, et Ordinibus regni, Ludouico a Molarth, Legationls socius, eique peculiaris nomine regni data Instructio, XII. capitibus comprehensa. Exstat interpaulo ante memorata Acta. Litt. D. D. D.

cim, et ratione pagorum Capitaneatui Domini Bathyan subditorum, sex aliis separatis articulis, distincta tradidisse, ex quibus cum meo, Dominique Starczeri consilio, non nulla immutata, quaedam etiam omnino omissa sint, ea omnia huic attestationi inserenda commisi, et quidem

Primo: circa negotium Palankarum consultatum fuit, vtrum iuxta praecitatam Instructionem deberet peti, vt Palankae ab vtraque parte, sine vlteriori molestia in suo statu permaneant, vel vt tempus duntaxat demolitioni statutum prolongetur. Cumque non tantum difficile, sed etiam defacto impossibile videretur, obtentu, vt Palankae sine ulteriori controuersia in suo statu vbicunque manerent, magnarumque inde suspicionum ortus. et Sanctae pacis praeiudicium, ne videlicet Turcae videntes, nos in hoc puncto a capitulatione recedere, ipsi quoque in pluribus eam violare intenderent, timendum esset, vnanimi consensu conclusum fuit, dilationem praefatae demolitionis solummodo petendam, et hac de caussa particularem informationem de Haidonibus, et statu Palankarum pro tempore non necessariam, sed vna cum dilatione vsque ad tempus demolitionis, ipsosque Commissarios esse differendam.

Secundo: porro ex quindecim praefatis articulis ommissum fuit verbum *antiqua*, et eius

loco scriptum fuit, in *solita* Dationum summa, vti ab intio conclusum est, iuxta Capitulatio nes, ad remouendam omnem disputandi occasionem, quae ex allegata antiquitate procedere posset.

Tertio: in duodecimo ex praefatis articulo omissa fuerunt ratione Palankarum, *nos vero aliquid nullo in loco fieri curauimus*: quia enim ex nostra parte de nouo nulla Palanka exstructa fuit, frustranea esset demolitio, quae nouas tantum concernit, et petitio dilationis, siquidem quaeuis priuatio supponat habitum, omnino superflua.

Quarto: in hoc eodem 12. articulo mutata sunt haec verba: *Siquidem sua M. regia ad praesens contra rebelles sua habeat negotia*: et illorum loco posita alia in sequentem sensum: licet negotium Palankarum dependeat a Commissariis, et dilatio facta fuerit per 16. menses, a 10. Maii anni 1618. vsque 10. Octobris praesentis 1619. anni, nihilominus, cum regia M. pro tempore sit occupata in rebus Imperii, et propriorum statuum, vbi modo commoratur praedicta M. ita, quod ob suam absentiam, et alia quaedam impedimenta, hoc tempore desit modus, et conueniens commoditas executionis ad demoliendum, ideo petitur nomine sacrae regiae M. dilatio per alios 15. vel 16. menses, incipiendo numerare a die nunc concessae prolongationis.

Quinto: in primo ex sex illis articulis a D. Batthyan nomine regni Hungariae vltradanubianarum partium oblatis, adiunctum fuit; quod licet secundum dictam Capitulationem Sitvatorokiensem, articulo 15. hac de re cum D. Vizirio Budensi tractari debebat, quia tamen audientia D. Humpis, et Liptay huc pergentibus denegata, nec ad litteras D. Batthyan ad praefatum Bassam missas, vllum responsum datum fuit, ideo haec tractatio huc ad Portam adferri debuit.

Sexto: in hoc eodem articulo per modum querelae additus fuit 11. articulus Capitulationis Viennensis, vbi dicitur, vt Legati, et Cursores vbicunque honorifice tractentur.

Septimo: Articulus 3. ex supra dictis sex, praeuio consilio mutatus est in hunc modum: cum in Comitatu Főlső et Also Baranya, ac Somogy subditi impediantur ad persoluenda debita pensione, suae regiae M. et praestandis operis, Dominis illius territorii, petitur, vt per Commissarios Plenipotentiarios, iuxta Capitulationes Comaromienses sint reuisa, et determinata illa grauamina.

Octauo: articulus 4. ex dictis 6. articulis de damnis in Egerszegh datis, consilio rationabili fuit omnino omissus, partim ne daretur Turcis occasio loquendi de satisfactione damnorum Bolonduariensium, vti iam alias incidenter con-

tigerat, partim etiam, ne ea circa petita in aliis punctis resolutio impediatur, ita tamen, vt grauamen hoc non praeteriri, sed circa finem Legationis meliori commoditate principaliter proponi debeat.

Et haec sunt omnia illa, quae in Summario oblata a dicto D. Liptay, iuxta tenorem suae Instructionis fuerunt immutata, aut omissa, cumque consilium desuper factum allegatis praegnantibus innitatur rationibus, ego supra scriptus Ludouicus de Molarth Orator, vna cum D. *Starczero* S. R. M. Agente saepe dictum D. Emericum Liptay, vt pote, qui officio suo decenter functus, omniaque in sua Instructione contenta patefecit, hisce sufficienter excusare, omnemque dictae mutationis, vel omissionis caussam, et responsionem, in meipsum, et D. Starczerum recipere volui. In quorum fidem ambo praedicti hanc attestationem manibus propriis, sigillisque muniuimus. Datum Constantinopoli die 13. Octobris, 1619.

XV.

Ad Caesaream Maiestatem.

Orator Caesareus, Ludouicus a Molarth, minutim recenset technas, et turpes fraudes, quas Agens Bethlenii, apud palati-

nales Constantinopoli adhibeat, vt Turcae pacem cum Caesare initam frangant, sed irrito euentu Supremus Vezirius tentatus fuit. d. 19. Octob. 1619.

Allerdurchlauchtigster Großmächtigster Römischer Kayser Allergnädigster Herr!

Euer Kayserl. Majestät ꝛc. Was der Siebenbürgische allhier residierende Agent, auf Befehl seines Herrn Bethlen Gabor vor diesem von unwahrhaft widerwärtigen Zeitungen ausgossen, dessen alles seind Euer kayserl. Majestät, jüngstvergehend zum andernmal billiger Protestation super emergentibus damnis et sanctae pacis praeiudicio durch zwen unterschiedlich durch Pohlen, und Hungarn, vom 3. und 7. dieses eigends abgefertigte Curier, mit ernstlichen Schreiben von allhiesigen Obrist Vizir, an den Caracass Mehmet Bassa zu Ofen, und Diak Mehmet von Temesvár friedlicher genugsamer Information, und zum Fall dem heiligen Frieden was zuwider fürgegangen, nothwendiger Abstellung halber, allerunterthänig schuldigster Fleiß erinnert worden.

Alldieweilen aber in Abwesenheit Euer kayserl. Majestät, Ihr Hochfürstliche Durchlaucht Erzherzog Leopold von 12. September mir gnädigst anfügen lassen, daß gemeldter Bethlen Gabor, sammt Türken, und Tartarn, mit zuthun etlich widerspänstlichen Oberungerischen Magnaten, als Zechy und Rakoczy,

in Oberungarn einen Einfall gethan, und sich Kalo und Kaschau, und andern Orten daselbst impatronirt haben, und im Ländel übel, und tyranisch verfahren, alles verheeren, und veröden sollen, also hab ich in Erwegung dem Sultano um diese neuentstandene Unruhen, laut des Obrist Vizir Fürgeben von dem nichts bewußt, viel weniger mit Ihme Bethlen eines Verstands, sondern, allermassen von dortaus gleichmässig beschehen zur gebührenden Ruhe, Fried, und Einheit anweisen lassen, mit dem Vizir dahin geschlossen, daß man Euer kayserl. Majestät dessen diesseits berühmten Friedliebenden Willens, in Meinung sich dieser von dem Bethlen erweckten Aufruhr nichts anzunehmen, durch eigene Person ausführlich versichern solle, welches dann Bewilliget, uud mich dieser Gelegenheit, laut beyliegender Copie, so eilfertiger Abfertigung halber, nicht haben mögen transferirt werden, abermalen neue Commandamenta an mehrbesagten Vizir Caracass, Diak Mehmet Bassa, und den Bethlen selbsten mit sonderbaren Ernst, und gewissen Bedrohungen ausgefertiget worden.

Solle auch Euer kayserl. Majestät allerunterthänig gehorsamst nicht unbericht bleiben, daß die fröhliche Zeitung der glücklich vollbrachten Römischen Krönung gleich zur rechter Zeit, da obengedeuter Siebenbürgische Agent, augenscheinlich grobe Falschheiten wider Euer kayserl. Hochheit, und beständige Erhaltung des heiligen Friedens, hin und wider ausposſen, ankommen, Dann er ernstlingen vermeldet, daß Euer

kayserl.

kayserl. Majestät von Frankfurt unverrichter Sachen nach Gräz zurückreisend, aus Langweil und Unmuth, so gleichwohl Gott gnädig verhüte, und Euer kayserl. Majestät ein langes Leben ertheilen wölle, mit Todt abgangen. Fürs andere, die Böheimb und Ungarn werden Euer kayserl. Majestät dieselben zu Anbettung der Götzen zwingen, sie aber allein einen Gott, und Christum seinen Propheten zu bekennen und zuverehren gesinnet, den Bethlen Gabor seinen Herrn in ihr Land beruffen, und allbereit 15,000 Vornehme Ungarische Herrn, der königlichen Krönung halber seiner Ankunft zu Preßburg erwarten. Drittens, man solle meinem, als Oratoris, beständigen Friedens halben täglichen Anbringen keinen Glauben geben, dann heimlich mit dem König aus Hispanien ein Vergleich fürgangen, die Türken zu Meer mit einer ansehnlichen Armda unerwartet zu überfallen.

Schließlichen der Diak Mehmet Bassa von Temesvar habe sein Heer keines Wegs bedürftig Hilf halber, sondern darum geruffen, damit er ihnen Bana, und andere Häuser, so er bis dato ungerechter weiß inngehabt, und von Euer kaiserlichen Majestät seit dem immerdar verhindert, einsmals, wie sich gebühret, und er selbsten für billig erkenne, einraumen, und übergeben.

Welche Unwahrheiten nachher ich bey dem Hogia von punkt zu punkten ordentlich beantwortet, und sein Bethlen arglistig, falsch, und verführtes Gemüth genugsam an den Tag gebracht, so viel erlangt

habe, daß er sein unwahrhaftes Schreiben in diesen Sachen nicht mehr anzunehmen, sich rund erklärt, der heilig geschlossen Frieden solle immerseits ein für allemal gewiß beständig erhalten werden. Sie begehren sich in unsere Religion, und andere Differenzen nicht einzulegen, und wann gleichwohl der Bethlen Gabor Ihnen nicht allein das Ungarn — sondern ganze Welschland zu untergeben verhiesse, wollte er niemals dazu rathen, daß mans durch ungebührende Mittel, als wie diesfalls durch einen Eidbruch beschehen müßte, solle annehmen, wohlwissend, sie würden eines solchen Genuß nicht lang genüssen. Euer kayserl. Majestät sollen deswegen nichts arges Ihr einbilden, oder Glauben, sondern ehestens anhero schreiben, wer dieser Unruhe Ursach, und welche diese Mitgehilfen, selbige sollen alsdann, neben Erstattung der zugefügten Schaden ernstlich bestrafft, und zum Fall oftbesagter Bethlen, denen allbereits ausgefertigten Befehlen nicht gehorchen, sein betrogener Kopf gar genommen, seye nicht dafür zu halten, daß sie also unbesonnenen, und einen schlechten Menschen, so sein Aufnehmen, und eigenen Nutzen, mit ihren Schaden zu suchen begehrt, mehr dann Euer kayserl. Majestät oder dero Oratori, wöllen vertrauen, wissen gar wohl, wie Bethlen vor diesem untreu mit seinem selbst eigenen Herrn wäre verfahren.

Diese, und andere dergleichen friedliebende Antworten, insonderheit aber, daß wenn man den Frieden brechen willens mich allhier ehrlich nicht unterhal-

ten, noch ein heimlich, sondern offenen Krieg, wie andermal geschehen, anstellen, seind bey dem Capitschilar, Kihacasi, Visir Hassan Nakas, und Halil Bassa, mit allerseits angebothen möglichste Hilf zur nothwendiger Straff der Ursacher ebenmässig angehört, und zu standhaften Frieden geneigte Gemüther erfunden worden.

Langt demnach an Euer kayserl. Majestät mein allergehorsamst rathsames Bitten, Euer kayserl. Majestät geruhen dem Sultano, seinem Hogia, Obrist, und ernannten wohl affectionirten Vezirn respective nachbarlich gnädig zu schreiben, und selbige in angedeuter guten Inclination stabiliren. Zumalen auch die Ursachen, und concurrenten, sammt den erlittenen Schaden nahmhaft machen, und um ernstliche Straff, andern zu einem Beyspiel, und billige Erstattung, alsbald bey eigenen Curier anhalten zu lassen, allergnädigst bewogen seyn, weil alsdann durch Mittel des Hogia, Obristen Vizir, und Kistar Aga, die Sachen hoffentlich dahin richten, daß der heilige Frieden den armen Unterthanen zum Besten beständig solle erhalten, und durch eheste Hilf eine hochnothwendig ersprüßliche rimessa Gelds über Venedig sowohl in puncto punitionis, wem es immer treffen möge, als restitutionis, Euer kayserl. Majestät allergnädigst ansinnen, wie billig, möglichst zu Werk gericht, und vollbracht werden. Euer kayserl. Majestät zu allergnädigst kayserlichen Protection mich al-

lerunterthänigst gehorsamst anbefehlend. Constantinopel den 19. October 1619. (a)

XVI.

Ad Petrum Pazmanum.

Bethlenius cum suis conuenticulum Cassouiae celebrat: in Hungaria ne Comitia quae Palatinus indixit, celebrentur, regio mandato vetatur d. vlt. Octob. 1619.

Ferdinandus cet. Quae nobis die 25. praeteriti mensis Vienna tum de Comitiorum per fidelem nostrum regni istius nostri Hungariae Comitem Palatinum, ad Solicitationem *Bethlenii* indictorum qualitate, deque conuenticulo Cassouiensi, similiter per Bethlenyum celebrato, ibidemque articulis conclusis, perscripsistis, grata cum satisfactione nostra legimus, et intelleximus.

Qualiter porro nunc Comitia ipsa apud Comitatus, ipsumque regni Palatinum inhibuerimus, ex paribus litterarum nostrarum ad singulos Comitatus, ad dictum Palatinum datarum, saepe Dilectioni, Serenissimo, ac Reue-

(a) Inter memorata Acta. Litt. O. O. O.

rendissimo Archiduci *Leopoldo*, fratri nostro charissimo, pro fusiori notitia habenda transmisimus, vobis quoque innotescere poterit.

Non desinimus vero in his aduersariorum factionis studiis, et hostilitatibus, fideles nostros regnicolas passim paternis monitionibus ad constantiam, et fidelitatem erigere, spemque vt in bonitatem Diuinam coniiciant, adhortari, nostram vero regiam, et paternam ipsis curam, et protectionem deferre. Quod erga sinceritatem vestram id ipsum promtius declarandum nobis esse clementer agnoscimus, qui fideli erga nos, ac sacram regni coronam, deuoto studio, gloriosi istius regni Hungariae auitam libertatem Zelanti affectu protectam, et inuiolatam conservandam esse, summa, et debita cum bonorum omnium, et patriam amantium ciuium dilaudatione, vobis proposuistis. Cui in reliquo cet. Dat. in ciuitate nostra Graecensi Styriae, die vltima mensis Octobr. anno Domini 1619.

FERDINANDVS m. p.

LAVRENTIVS FERENCZFY.

XVII.

Bethlenius Pazmano.

Saluum conductum dat, vt ad Comitia regni, quae Palatinum, inscio rege, indicere coegit, tuto venire possit. d. 15. Nou. 1619.

Gabriel Dei gratia Princeps Transsiluaniae cet. Fidelibus nostris vniuersis cet. Generalibus, Capitaneis cet. quorumcunque exercituum cet. Sub auspiciis nostris militantibus, praesentium notitiam habituris, nobis dilectis Salutem, et gratiam nostram. Quandoquidem ad mandatum Illustrissimi Domini Comitis *Sigismundi Forgach de Ghymes*, (a) regni Hungariae Palatini cet. nobis obseruandissimi, non ita pridem promulgatum, ad proxime elapsum diem XI. mensis Nouembris nunc currentis, vniuersi status, et ordines dicti regni Hungariae huc Posonium, Dei praepotentis auxilio, de permansione, et publica patriae tranquillitate tractaturi conuenire debuerint, inter quos Illustrissimus etiam, ac RR. D. *Petrus Pazman*, archiepiscopus strigoniensis, de consuetudine tamquam Primas Hungariae vt intersit, oportet.

(a) Hunc tamen cum fratre *Emerico*, vt paulo ante praemissum est, mense Iulio, maximum regis hostem, clanculum insimulauit.

In eo igitur eundem D. archiepiscopum affidandum, assecurandumque duximus, quod si praelibatae DD. regnicolarum congregationi non hostiliter, verum amicabiliter, et pacifice interesse voluerit, eidem cum cunctis sibi adiunctis, et condigna comitiua, libere, secure, ac citra quoduis impedimentum, non solum huc Posonium veniendi, libereque commorandi, sed et exeundi, et ad sua redeundi facultatem praestabimus, et a nostris praestari faciemus.

Proinde vobis harum serie committimus, et mandamus firmiter, quatenus vos quoque secundum benignam assecurationem hanc nostram, eidem D. archiepiscopo, tam veniendo, et in tractatu amicabiliter nobiscum commorando, quam etiam ad sua redeundo, vbique locorum, totum, liberum, pacificumque iter praestare debeatis, et teneamini, nec vlla omnino eundem, aut ex suis quempiam aliqua iniuria, aut damno afficere sitis ausi modo aliquali. Secus sub poena violationis salui Passus nequaquam facturi. Praesentibus perlectis exhibitori restitutis. Dat. in regia, liberaque ciuitate Posoniensi, die 15. mensis Nouembris, anno Domini 1619.

G. PRINCEPS m. p.

SIMON PÉCHY
Cancellarius m. p.

CASPAR BEÓLEŐNY
Secretarius m. p.

XVIII.

Ad
Serenissimum Archiducem Leopoldum.

Orator Caesareus, falsas rumores, quos Agens Bethlenii de Caesare Constantinopoli sparserat, penitus difflatos, Bethlenium vero omnem fidem in Porta Ottomanica, et apud palatinales amisisse significat. d. 19. Novemb. 1619.

Euer Hochfürstliche Durchlaucht ꝛc. Zwey von 9. August, und 12. September gnädigste Schreiben hab ich den 12. dieses mit unterthänig schuldiger reverenz, von eigends abgefertigten Curier Hans Panthier empfangen, und daß die Römisch kayserliche Wahl, und darauf angestellte Krönung mit einhelligen Consens aller des heiligen Römischen Reichs Churfürsten, erwünschtermassen glücklich vollbracht worden, in gehorsamsten Freuden vernommen.

Wie nun diese fröhliche Zeitung allhierig Obrister, neben andern Fürnehmsten wohl affectionirten Vizirn gnädigst anbefohlener Massen wissend, und selbige allenthalben mit Wünschung langwirig glücklicher Regierung, angehört werden, also ist gleichfalls keine Mühe vermieden blieben, wegen der durch Bethlen Gabor in Oberungarn unvermuthete Unruhe, aber vor diesem allbereit zum andernmahl fürgetroffenen

piotestation super emergentibus damnis, et sanctae pacis praeiudicio, auch ausgefertigten Commendamenta, an den Vizir Caracass Mehmet Bassa zu Ofen, und Diak Mehmet von Temesvár, daß sie den heiligen Frieden fleißig in Acht nehmen, und wider denselben weder mit Rath, noch mit That das geringste fürnehmen, oder geschehen lassen sollen, abermahlen absonderlich mit hohen Ernst, sammt ausdrücklichen Vorschreiben an besagten Bethlen Gabor zu verlangen, wie denn zu diesem Ende von der Porte in eigner Person Ihr kaiserl. Majestät, daß diesseits weder wisse, noch Bewilligung jemahlen erfolgt sey, gänzlich zu versichern, hiemit abgefertigt, und Euer Hnchfürstlichen Durchlaucht aus beikommend des Obristen Vizirs schriftlicher Entschuldigung mit mehrern in Gnaden vernehmen werden.

Dahero nunmehr zu verhoffen, weilen der Hogia, Capitschlan, Nihacasi, Vizir Hassan, Nakass, und Halil, durch Ankunft dieses Curirs, des Bethlen bis dato ausgegebene Unwahrheiten von Ihr kaiserlichen Majestät tödtlichen Abgang, welchen Gott gnädig verhüte, und in langes Leben verkehren wolle, und andern groben Widerwärtigkeiten überflüssig erkennet, er auch allbereit Trauen, und Glauben allhier ganz verloren, diese Aufruhr werde ehelang auf nächstkommende höchstgedachter Römisch kaiserl. Majestät nachbarliche Schreiben an allhiesigen Kaiser, und obbenannte Fürnehmste friedliebende Offizier, mit Dero gnädigst beliebender Satisfaction völlige Endschaft

machen; zumahlen auch die gnädigst überschickte Beschwerden wider den Caimacan zu Ofen, neben andern von dem Liptay jüngst eingewendten durch die Commissarios Plenipotentiarios, und vor diesem, wie anjetzo abermahlen ausgefertigte ernstliche Befehle, an selbigen Gränitzen Obristen, dem Vizir Caracass Bassa, und seinem Untergebenen Sangiak, auch andere Beghen ehestens liquidirt, und ins künftige eingestellt werden, will in allweg an beflissen treuschuldigsten Anbringen meinerseits nichts vermieden lassen, und Euer Hochfürstliche Durchlaucht, mich zu beharrlich gnädigsten Willen unterthänig gehorsamst befohlen haben. Constantinopel den 19. Nov. 1619. (*a*)

XIX.

Ad Schendarem Bassam.

Bethlenius queritur, quod is Saxones in Transsiluania iu suas partes allicere tentet; oggerit officia, quae eidem hactenus praestiterat, et quae recens in Hungaria Imperatori Turcarum praestet, enumerat. d. 24. Nouemb. 1619.

Spect. ac Magnifice Bassa, bonis omnibus cumulet Deus Magnificentiam vestram. Quam

(*a*) Inter memorata Acia. Litt. P. P. P.

sincere, et fraterne, quam grato, beneuoloque affectu conatus fuerim V. M. seruire, summus Deus mihi sit testis. Nescio tamen, quo meo merito V. M. in meam perniciem et apud splendidam Portam, et alibi, multas fodit foueas, in quas ne praecipitarer, Deus hactenus me protexit. Ego in V. Magnificentiam nunquam deliqui, quin potius, quantum potui, demereri laboraui, et vix non seruus ipsius vectigalis fui. Quolibet enim anno multa donaria, supellectilem argenteam pecuniam numeratam, salem, debui M. vestrae pendere, quarum rerum testes habeo, quos producam, cum opportunum fuerit. Ex iis cognoscet splendida Porta, qua ratione M. Vestra Transsiluaniam emungat.

Non solum coram, sed et apud Legatos, splendida semper verba dedit mihi M. vestra, et multis iuramentis promisit beneuolentiam, interim conatu omni exitium meum procurauit. Hucusque dissimulaui. Litteras, quibus M. vestra, post meum ex Transsiluania abscessum, Saxones allicit, heri accepi, quas vbi legissem, miratus sum vehementer, quod nondum desistat M. vestra a practicis Transsiluanicis, cum tamen nihil iuris habeat in Transsiluaniam, nec existimet deposuisse nos, ac negligere curam Transsiluaniae. Rogo itaque M. vestram, a praedictis huiusmodi desistat, in Transsilua-

niam ne scriptitet. Certo sibi persuadeat, cum istis, quibuscum coepit, rem hanc non perficiet. Ego negotia M. Vesrrae non attingo, cum id mei non sit officii, ita nec M. vestra res meas dirigat, cum nemo ipsi hac in parte quidquam commiserit.

Certo credat M. vestra, quod et ego existimo me talem esse Seruitorem Caesaris, mei clementissimi domini, qualis est vestra M. Seruiui, sed et nunc in dies seruio potentiae suae cum omni iustitia, quod nunc vel maxime testatum feci. Totam si quidem Hungaricam Nationem, eodem prorsus modo, quo Transsiluaniam, ad pedes potentissimi domini perduxi, (a) isti iam suae potentiae vna mecum, fidelissimi erunt. Maneo nunc Posonii in regia Hungariae, corona in meis manibus est, Deo gratiae, post decem dies Hungari sibi regem eligent. Conuenerat omnis exercitus *Ferdinandi*, erant vltra sexaginta millia, ante pontes Viennenses confliximus, et magnus Deus, potentissimi Imperatoris auspiciis, victoriam largitus est, profligauimus inimicum, vltra Danu-

(a) Hoc exauctum est. Nam, qui vltra Danubium Comitatus siti erant, vt Soproniensis, Castri ferrei cet. in fide regis perstiterant, cis danubium vero potior pars, coacte partes illius sequi debebat

bium pepulimus, Viennam conclusimus. (b) Nunc exercitus nostros traiicimus, vt illos iterum inuadamus, et, si Deus fauerit, Vienna quoque paucos intra dies in potestate mea erit. Totum regnum Bohemiae, regnum Morauiae, et Silesiae, potentissimo Imperatori fidum, ac beneuolum effecimus, eornm exercitus omnes penes me habeo, ex omnibus regnis Legati cum muneribus destinantur ad lucidam Portam. Taliter ego inseruio potentissimo domino, vestra autem M. clanculum vult meos subditos a me auellere, ad rebellandum inducere, ob quod certe nunquam ei in seruiam. Deus sit cum vestra Magnificentia. Posonii 24. Nouembr. 1619.

XX.

Ad Franciscum Balasy Internuntium.

Bethlenius significat suo Internuncio Constantinopoli, se iam dudum regem Hungariae, et Bohemiae futurum fuisse, si supremus Vezirius suis consiliis fidem habuisset: tum amicitiam suam cum regi-

(b) Id quoque aliter habuit. Verum quidem est, quod Turriano coniunctus magnum terrorem Viennae incusserit, sed cum videret vim sibi opponi, sine pugna, actis spoliis, Posonium rediit.

bus Angliae, Bohemiae, et Daniae, ac Electore Brandenburgico initam, suarum copiarum, et Sociorum numerum, praestita Turcis Seruitia recenset, hortaturque, omnem det operam, ne pax inter Ferdinandum regem, et Portam Ottomanicam coalescat 1619. *in Nouemb.*

Questa lettera ultimamente havemo scritto cola nostra mano propria, e non potendo scriuer' un altra àl nostro Agente *Borsos Thamas*, per amor de grand' affari, peró questa gli mostrarete e saprete, comm' alli 6. della Luna di Muharem, cioè il mese di Nouembre, arrivarono in un tempo qui' dalla Porta il nostro *Niclos Micha*, e *Diak Ferencz* portandosi lettere, quali dopp' haver lette et inteso del tutto, l' habbiamo havut à caro. Perciò essendo già venuto il tempo per far nostri servitii, ci siamo accorti della puoca stima et ordine del Vizir grande, e dell' altri Grandi della Porta, che per rispetto delli maligni non accentano la nostra fedeltà, et se fin' hora la nostra fortuna non foss' andat' avanti, le cose nostre non sarebbono andate così prospere' e se nel' avenire la detta fortuna non ci favorira, noi all' hora saremo in colpa. Però il Vizir grande non vuol fidarsi delle nostre parole, mà non si dispiace altro, solo ch' essendo noi stati pronti per far Servitio al

figliuolo del morto nuostro gran Signore, hora suo representante, non havemo potuto fare conform' al desiderio nuostro, perche s'il soprâdetto Vizir havesse mantenuto la parola del Miko Ferencz, non solo noi adesso saressimo incoronato Re d' Vngaria, mà ancora di Bohemia.

Et comprehendete da questo, che crediamo, che lui havra pensato, che se noi diveniavamo grandi, non saressimo forse stat' amico del gran Signore, mà inimico, et se bene noi havessimo havuto tal pensiero, sua Signoria non havria da pensar adesso, ma lasicarlo ad altro tempo, però Iddio non ci dia sanità, se noi non siamo vero Schiavo, è servitore della felice Porta, è ditegli, che di quà avanti accentino nuostra volontaria Servitù, laquale se non continuaremo sempre con ogni fidelta e diligentia, Iddio ci punisca, Però se noi saressimo arrivati per la Dio gratia, è volontà al trono regale, noi havressimo fatto maggiori Servitii al gran signore, mà che potemo far' altro? così è stata la volonta d' Iddio, adunque il signor Vizir grande, che noti bene, è tenghi in memoria queste nostre parole, che se bene viene tardi qualch' auiso alla Porta, non fa troppo d' utile, è crediamo che loro non credino tanto, che noi con il nostro puoco sapere habbiamo congionto tutti li grandi stati, e potenti Paesi e la lo-

ro gente, laquale poi facessimo radunarsi insieme alla nopotenza, perciò Iddio è potente et insieme gran Signore, et quello che l'huomini non possono, è con il loro sapere non arrivano loro con puoca cosa della potenza loro possono far' et arrivari per tutto, et perciò per essere stati noi fidelissimo al potentissimo nostro gran Signore, Iddio benedetto, c'ha ajutato è l'havemo fatto conoscere la nostra fideltà. Quando poi si dimandaranno per conto de Gouernatore di Bohemia, per causa del Signore Vizir già hanno incoranato un Re de 22. anni, e possegli la corona in testa, si che da questo si conosce che noi habbiamo fatto gran utile è servitio al nostro potentissimo gran Signore.

Perche noi con il detto Re siamo d'una religione, è di buon' amicitia, e spesso ci visitiamo per mezzo d' Ambassiatori, mà fra puochi giorni havemo da conuenir' insieme, et però lui tiene la figliuola del Re d' Inghelterra buon' amico e vicino del grand Signore. Poi la sua Madre e carnale sorella del Duca *Mauriti* di Fiandra, poi Re di Dania è padre della moglie del detto Re d' Inghel terra, si che questo Re di Bohemia havendo cosi potent' e grandi parenti, et essendo lui principal Elettore, hora è la sua strada per farsi Imperadore. Perciò comme Re di Bohemia per raggione è il primo Elettore, et il second' Elettorato lui possede prima, tanto che

che viene maggiore di tutti li Sette. Il terzo Elettore e il Duca de Brandenburgo, con il quale siamo tutti d' una religione, e del detto Re di Bohemia lui è strettissimo vicino e parente, si che tutti questi non vogliano nissunmodo quel nemico Ferdinando, ispecialmente il Duca di Sassonia, qual' alla sua Dieta non è stato in persona, mà solamente ha mandat' un suo Ambasciadore, et all' hora il *Ferdinando* è stato incoronato da tre Ecclesiastichi, e non comme è il costume, da tutti l' Elettori, che il migliore gli mancava, perche conform' all' antico costume bisognava, ch' oltre di di questi Elettori doveano essere presenti li Delegati di tutti l' altri Paesi, e particulamente li 18. Prencipi colla moltitudine del loro essercito, ma nissuno di loro è stato presente.

Si che alla Porta li suoi Ministri possono pensare, che regno può essere del *Ferdinando*, ò vero suo Imperio? e teniamo che tutti questi sono statti d' accordo, e l'hanno incoronato, mà l' Imperio Tedesco non s' assomiglia all' Imperio Ottomano, perche per Dio tutti questi Prencipi tengono per niente il suo commendamento, ne anco può commandat à loro, solo coll' entrate d' Ungheria, Bohemia, Moravia, Silesia, Lusatia, et Austria si manteniva col suo Imperio, et con quell' entrate et huomini faceva la guerra, ma per la gratia divina tutti queste forze e Paesi

noi colla nuostra potenza havemo aquistato, e levategli dalle mani, e piumato ancora l'ale colli quali volava, et adesso al potentissimo nostro gran signore facciamo, che tutti quelli Paesi gli siano buoni vicini e fedel' amici, et essendo coll' Ambasciadori, di questi cosi' grand'e potenti Paesi restato d'accordo, e doppo molti pensieri fatti, e hànno dati la parola, che comme noi Ungari fideli Schiavi, e Servitori del nuostrò potentissimo gran Signore, mantenivieme fino ch' il mondo dara la buona pace, cosi' ancora loro debbano fare il medemo, et ogni volta, quando d' Ungheria vengono alla felice Porta gli Ambasciadori colli presenti ordinarii, ancora loro d' ogni paese debbono mandar' un Ambasicadore di valore con presenti richissimi al detto gran Signore, e confirmare la sopradetta pace.

Però di questá promessa non mancaranno, perche noi à loro havemo fatto gran servitii, e se l'altri hanno havuti la corona di quel paese, noi al manco l'havemo fatto amici del gran Signore, si che prima di questi paesi ascivano gran tesori et esserciti al tempo di *Carlo V.* e di mort Imperatori *Massimiliano*, *Ferdinando*, e *Rodolpho*, ì qnali facevano la guerra al tempo della felice memoria del Sultan Solymanno fin al Sultan Achmeth nostro Padrone, et tutti questi danari et esserciti che uscivano da quelli

paesi, e stata la potenza de loro Imperii, e con quelli si sostentavano e mantenivamo, comme potete far fede e dire la verità à quella felice Porta, e per gratia d' Iddio comme havemo detto di sopra nel' avenire non s' havra bisogno d' haver più suspetto, ne paura di costoro, perche questi paesi noi pigliaremo sopra la nuostra testa et anima, che non solo al nuostro potentissimo gran Signore saranno fedeli, mà à tutta la Natione Mahumetana prestaranno con cuore, et anima ogni Servitù, e ferma realtà, solamente che da quella parte non intravenga qualche contrarietà, o sinistro disturbo.

E sia lodata sua divina Maiestà, che nissuno delli nostri potentissimi Imperatori ha havuto simile ventura comme questo adesso, e se da quelli paesi vorra qualcheduno mostrar l' inimicitia--li paesi del gran signore s' assicurino quelli Serenissimi, che quel nemico coll' essercito suo non e bastante di muoversi dal lugho; poiche di Venetia in quà fin à Canisa, e fin' à Buda, il paese d' Ungheria occupa già tutti i passi di terra Tudesca, poi sopra d' Ungheria, e Austria, Moravia, quali paesi senza numero sono grandi, e di Polonia, in quà v' e poi il paese di Silesia, et un' altra parte d' Ungheria, v' e appresso Agria fin' à Tissa, e quasi fin' alla meta di Transsilvania, quale provencia e vers' orient, e però con licenza del gran

Signore li Tartari coll' essercito Musulmano adesso possono facilmente andare per via di Podolia, et entrar' in Polonia, e far gran profitto.

Si che tutto questo al Vizir informarete, acciò vedino, che servitii senza nissun danno facciamo al potentissimo nostro gran Signore, e perciò ditegli che non si spaventi ne dubiti mente, perche noi di quâ con ajuto divino siamo andati colle nostre cose così prospere, et avanti, che mentre saremo vivi, li paesi d' Ungheria, Transsilvania, Croatia, Sclavonia mai accettaranno più quel nemico *Ferdinando*, ò non solo queste provincie mà ancora Bohemia, Moravia, Silesia, Lusatia, et il suo ereditario paese d'Austria, si che in mano sua adesso non v' e altro che la citta di Neustat e Vienna, però non sapemo che fare, mà questo diciamo per certo, che se non fossero stati tanti freddi e tempi cattivi, fin' adesso saressimo allogiati dentro nella Citta di Vienna, perche a tal maniera l' habbiamo costretto di fame, essendo dentro più de 75. mille persone frà huomini e Donne, qual' hanno bisogno di pane, e vettovaglie, e non havendo più che per tre settimane di pane, e havrebbe reso la detta citta. Per altra ragione saria resa, che dentro si trovano più Evangelici, ch' Idolatri, pero per qual caussa si siamo sostentati, non importa niente, sempre l' e promta, poiche Iddio e con noi, e con ajuto e volontà sua avanti, che qua prima

vera gionga con tal' essercito di bravi Ungari, e Tedeschi andaremo assaltarla, che da cento anni impoi questo si ricordava, e nissuno havrà visto simil' essercito. E però per buona sorte del nostro potentissimo Imperatore non havremo di bisogno ne d' ajuto, ne di militia, ne manco di danari, di nissuno, perch' Iddio sia con noi, e buon augurio, e buona fortuna sua, e di tutta quella felice Porta, se ben il Signore Vizir non ha dat' ajuto, manco d' un' huomo, mà Iddio e la buona ventura del Gran Signore c' ha ajutato, e siamo andati col nostro potent' essercito sotta quella città, et havemo mess' in ordine contro detta Citta in una bellissima compagnia cinquanta quatro squadroni di bellissimi bravi, e valorosi Ungari più bell' uno del' altro, poi v' erano ancora trenta quatro squadroni di buonissimi Tedeschi con bellissimo ordine instrutti, che per Dio non havemo visto mai più bello campo ch' all' hora, et noi eramo allogiati sotto la città di Vienna in un bellissimo Giardino e palazzo del' Imperatore, ove tre giorni ci siamo fermati, et appresso havevamo al numero 62, mila Ungari e Tedeschi, mà soli Ungari erano 35. mile huomini, et il resto, che havevamo lasciati in Posonio, erano sola mente 13. mila veri Ungari, et della nostra gente, ch' e di la delli Monti di Fetre (*fors Fatra*) di quelli scelerati non havemo menato nissuno, mà

tutti consegnassemo al Ragoczy, solo quelli che sono di quà delli sopradetti monti, erano appresso di noi, e del nostro paese nissuno e stato, ne manco havemo volsuto con noi alcune Nobili, poiche non era di bisogno, ma tutti havemo lasciato alle loro case.

Et in tanto il *Giorgio Homonay* era passato per una montagna di Polonia con molti Cosaghi, e Poloni per liberar' i suoi castelli, et all' improvisa assaltar l'Ungeria, mà non ha potuto far niente, se non ch' in quel mentre haveva abbruggiato dieci Villaggii vicin à Cassovia, in uno de quali v' erano alcuni Hajduggi allogiati, di quali tutti furono dell' essercito di detto Homanay amazzati, e detto villagio messo in fuoco, il che havend' inteso li *Ragoczy*, di Cassovia mandò aliquant' essercito à quella montagna, dove passò il detto essercito serrando li passi per tutto, dove noi di quà subito spedissimo *il Zechy Giorgio* con 15. mila bravi Vngari, e di la v' erano ancora più 18. mila racolti insieme. Però speriamo che quelli Furfanti sin' adesso saranno serrati, e costretti trà doi Citta, cioé Hornak, e Madchass, e find' adesso l' havranno astatto tutti rotti, e tagliati à perzi, ansi di Semendra, e di Montach s' haveamo levati da 1500. cavalli m' ajuto delli nostri, e l' hanno circondati di tutte quatro parte, ch' e impossibile di poter fuggire alcuno. Et però vedete,

comm' il Rè di Polonia e stabile, in mantenire la pace col nostro potentissimo gran Signore, e l' estate sacheggia li suoi paesi, si ch' in questo proposto non habbiamo potuto scrivere tutto, mà se la sua Imperial Majestà desidera, e ci commanda d' andarl' adesso, hora e tempo più che mai, e v' e buonissima occasione, e basta solo un suo Imperial commandamento, noi sapemo poi comme v' habbiamo di vendicassene di questi, e gli mostraremo, comme senza causa alcuna assaltano il nostro paese, et ad altri nostri nemici sapremo dare la risposta. Hora per molti paesi son andati 24. mila huomini bravi e prattichi de paese per abbruggiar' e botinare in Polonia, si che di quà avanti il freddo non potrà impedire le nostre andate.

Veramente non pensavamo, che si trovi tanto bravo e valoroso essercito in Vngheria, che oltra li nostri Transsilvani, e soli in quel paese si puo meter' insieme, al manco 60. mila buon, e bravi Ungari combattenti, e potrete dire per certo al Vizir grande, comme questi altri giorni s' ha d' incoronare uno del paese per Rè d' Ungheria, e ch' era venuto un Ambasciadore del *Ferdinando* per dimandar la pace e misericordia, mà per Dio non s' ha monstratogli la faccia, et se bene lui s' ha mess' in opinione d' haver questi doi regni, si può lavar la mano, e mai havra mente, mà sarà ancora scacciato

dall' Austria, poi altro luogho non havra per fermarsi, ch' in Spagna, perche nissun altro la patina nel suo paese, si che vadiamo pensando dove sia il cerevello e giudicio delli Vizirii, perche non considerano chi sia il nemico loro, non sanno ch' il *Ferdinando* ha maritato una sorella al Rè di Spagna, nemico capitale del nostro potentissimo gran Signore, e che più gran nemico di lui non tiene. Secondo ch' il Rè di Polonia s' e maritato in due suoe carnali sorelle per la dispensatione di quel maledetto Papa, però vedete, che fede e legge tengono, comme li serenissimi a questi possono credere li quali hanno volsut unirsi insieme, e levar' esserciti contro Musulmani, mà essendo stati impediti dalli Bohemi, e nostri Ungari, si sono voltati contra di loro per castigarli, e castigatoli, si sarebbono poi voltati contra essi Musolmani, mà Iddio omnipotente non ha permesso di fare tal impresa, essend' all' hora dalli Bohemi, e Ungari stato assaltato, e per gratia d' Iddio, conforme la sua falsità gli diede il malanno, et a noi agiuto e felice vittoria.

Ben vero, ch' in un' anno e mezzo al manco hanno rotto e tagliat' a pezzi più di 40. mila, o vero 50. mila Bohemi, mà noi in questo puoco tempo l' habbiamo tagliati in compagna rasa più 30. mila, et adesso havemo fatto prigioni molti grandi signori e conti, con le loro bagaglie, e

robbe, e rancionatoli, chi per 15, e chi per 20. mila Ducati per testa, senza tornarli in dubio altro che solo l'anima, et si piùdetto *Ferdinando* della Città dimanda pace, e gratia, mà il suo falso pensiero era per levarsi, et unirsi con tutti quelli, et assaltar' all'improvista li Musulmani, et se noi non giongevamo cosi' presto, Dio sa quello saria stato, perche lui coll' esserciti voleva entrare nel paese Musulmano d' una parte, et il Rè di Spagna per mare dall' altra, et il Rè di Polonia all' improvista dalla terza.

Si che vedete quanto danno havriano fatto al nostro gran Signore, et però il Vizir, che pensi un puoco, perche di certo questi tre haveano pensieri d' abbracciare questa Lega, et, per Dio, non essendo noi gionti à tempo, questo era confermato, perche già erano per unirsi insieme tutti quest' infideli, mà essendo in tanto sopragionta la continova grandezza del nostro potentissimo Imperatore, habbiamo havuto sempre felicissima vittoria, et occasione. Et se comme sin' ad hora ci siamo affratiati per li servitii suoi, cosi' per l'avenire, non mancaremo di fare il medemo, perche il signor Vizir, conforme li nostri servitii, conosca la nostra fedelta, e buon' animo verso quella felice Porta.

L' *Emerico Liptay* già e partito di Buda, e gionto à casa, e poi e venuto à Posonio, e se da questi parti dimandate altro, per la Dio gra-

tia in tutto, e per tutto stiamo bene, sola che da noi desideriamo d' intendere, qualche buona nuova, e speriamo che frà puochi giorni di la con buona ispeditione, e con faccia allegra, quantopera tornarete quà. Scritt' in Posonio alli 6. della Luna di Muharem, cio e del mese Novembre. 1619. (a)

XXI.

Foedus Hungarico-Bohemicum. (b)

die 15. Ianuar. 1620.

Nos Fridericus Dei gratia rex Bohemiae, Comes Palatinus Rheni, S. R. Imperii Princeps Elector, Dux Bauariae cet. Memoriae commendamus tenore praesentium cet. Quod tametsi multis abhinc seculis, arctissimo foederis nexu inclytum hoc regnum Bohemiae, eique incorporatae, et vnitae prouinciae, inclyto simul regno Hungariae iunctum fuisse, illudque

(a) Exstat inter Acta M. SS. Legationis Turcicae L. B. a KVEFFSTEIN Oratoris Ferdinandi II. regis ad Portam Ottomanicam, hac Rubrica; *Copia d' una lettera Scritt' in lingva Ungara del Bethlen Gabor, al suo Ambasciadore Balasy Ferencz, Pasonio li 6. della Luna Muharem nel mese Novembre* 1619. *tradotta di Turc in Italiano. Litt. W. W. W. W.*

(b) Acta publica LONDORPII *Tom. X.*

testantibus diuersis Tractatibus Viennae Posonii, et Euancivicii, superinde vtrinque habitis, et scripto comprehensis, inuiolabiliter, et sancte continuare, obseruareque studuisset, interuenientibus tamen nonnullorum inquietorum hominum studiis, qui videlicet peregrinum sensum affingere, optataeque huius coniunctionis vinculum dissoluere satagebant, Status, et Ordines inclyti regni Bohemiae, et Marchionatus Morauiae, medio Ablegatorum suorum, Serenissimo tum temporis Principi Transsiluaniae, et itidem inclyti regni Hungariae Statibus, et Ordinibus, non solum iam pridem, sub regimine piae memoriae Rudolphi II. et Mathiae Imperatorum Romanorum, de arctiori ineundo foedere mutuam conuentionem, et pactum beneuole commemorarunt, (fors concluserunt) sed etiam eosdem amice requisiuerunt, ne ab iterata renouatione, confirmatione, dilucidiori denique explicatione antiquorum foederum, et pactorum alienos se declararent. Qua quidem insinuatione, vti par est, amicè, et beneuole ab illis admissa, nos quoque confoederationis ipsius condignum habentes respectum, pro vlteriori, stabiliorique praedictorum confoederatorum regnorum et prouinciarum permansione, non solum in praefatam renouationem, confirmationem, et explicationem saepe fatae confoederationis, pronos, promtosque nos decla-

ramus, sed etiam contestandae nostrae in Serenitatem suam, regnum Hungariae, et Transsiluaniae Status, et Ordines, pro suppeditatis nobis tempestiue tum, cum externis bellis grauaremur, auxiliaribus copiis, gratitudinis, ac ad paria facienda promtitudinis, requisitioni ipsorum beneuole annuere, non dubitauimus.

Vtque, Deo bene iuuante, pium hoc, et salutare, atqne toti Christianitati vtilissimum opus optato, feliciterque procederet, confoederatioque certis conditionibus renouaretur, explicaretur, et confirmaretur, de subsequentibus articulis, cum Serenissimo Principe, ac D. D. Gabriele Dei gratia Hungariae, et Transsiluaniae Principe, ac Siculorum Comite, vt et incliti regni Hungariae Statibus, et Ordinibus Posonii in Comitiis publicis, tum temporis congregatis, pro Principatu Transsiluaniae trium Nationum Statibus, et Ordinibus, praetacta sua Serenitate, eo, quod ob loci, itinerisque longinquitatem speciales suos Legatos huc expedire non potuissent, fideiubente, partesque eorundem in se se per omnia, cum sufficienti autoritate recipiente, et assumentes, per Illustres, Magnificos, Generosos, strenuos, prudentes, ac circumspectos DD. Georgium Fridericum Comitem ab Hohenlohe cet. nostrum regni Bohemiae Consiliarium, bellicum Generalem, exercitus Producem, trium millium pe-

ditum, et mille cataphactorum Ducem, et Equitem auratum nostrae regiae Maïestatis. Item D. Henrícum Mathaeum Comitem a Thurn cet. Burggrauium arcis Carolosteinii, nostrum, et regni Bohemiae itidem Consiliarium, bellicum Generalem, exercitus Producem cet. D. Leonardum colonellum L. B. de Fels cet. Generalem Mareschallum Campi cet. Ioannem a Bubna cet. Generalem excubiarum Magistrum cet. Paulum Wostzky Koplerum cët. generalem Metatorum Praefectum cet. Paulum Geschinium Pragensem cet. cet. Legatos cum sufficientibus plenipotentiis, ad praedicta regni Hungariae Comitia missos, tractauimus, deliberauimus, et conclusimus in hunc modum.

1.

Vt cum regno Bohemiae, Marchionatu Morauiae, Ducatu Silesiae, superiori, et inferiori Marchionatu Lusatiae, eorundemque Statibus, atque Ordinibus, tamquam prouinciis incorporatis, ac proinde legitimis regni Bohemiae Regibus, Marchionibus, Ducibus, Dominis, et eorum successoribus, prout etiam superiori, et inferiori Archiducatus Austriae, eorumque tribus Statibus, modernis, et futuris, Rex vel Princeps Hungariae, eiusdemque coronae annexa regna, et prouinciae, Princeps Transsiluaniae, item et partes regni Hungariae ad eun-

dem Principatum Transsiluaniae annexae, adeoque vniuersi illorum status, et ordines, moderni similiter et futuri, aeternum foedus, perpetuamque, et inuiolabilem pacis connexionem, sancte obseruent, bonam vicinitatem, et mutuum amorem sincere colant.

2.

Si temporis successu nobis qualiscunque pacis turbator, regnorum, ac prouinciarum confoederatarum inuasor, confoederationis huius directe, vel indirecte oppugnator, eiusdemque foederis, siue etiam sociorum confoederatorum fraudulentus desertor ingruat, tunc substantias, facultates, vitam etiam ipsam, et sanguinem, pro salute, et permansione mutua, foederisque huius stabilimento profundere, ac propterea simul viuere, et mori parati semper reperiri tenebimur. Eo tamen apparatu, et iis viribus, quales cum instans, praesensue alterutrius partis necessitas exegerit, et tempestiue postulata fuerint, et prout in futura generali omnium confoederatorum, regnorum, et prouinciarum Daeta, in specie circa defensionis modum, formamque conuentum, constitutumque fuerit.

3.

In eam porro curam sedulo incumbere debemus omnes, vt haec confoederatio latius se

diffundat, et receptis in societatem circumuicinis regionibus, magis, ac magis roboretur, inualescatque, non tamen aliter, quam cum scitu, voluntate, et communi omnium confoederatorum consilio. Regiones autem illae, quae in foederis huius societatem recipi volent, iure iurando, et obligationis nexu adstringi, et tunc demum ceterorum regnorum, ac prouinciarum auxilii, libertatis, emolumentique participes fieri debebunt.

4.

Huius autem sancti, inuiolabilis, ac perpetui in posteritatem, ac omne aeuum propagandi mutui foederis capitulatio debet tam apud nos, nunc in vita existentes, quam posteros nostros, attentioris eius obseruationis caussa, quibusuis Comitiis commemorari, ac publice praelegi. Quouis enim quinquennio, certo loco, ac tempore, consensu sociorum ea in re obseruato, generalis conuentus institui, quo scilicet, circa confoederationis huius puncta, forte fortuna exortae difficultates, tempestiue componi, vel eadem puncta, pro rei necessitate, ac temporis ratione, augeri, vel dilucidius explicari possint.

5.

Sine scitu, voluntate, et consensu confoederatorum regnorum, prouinciarumque, nulli

nostrum liceat bellum vllum, siue offensiuum, siue defensiuum mouere. Quod si tamen in regnum, vel prouinciam aliquam inopinato irruptio fiat, vel imminentis hostis impetus, antequam scilicet a reliquis prouinciis suppetiae fieri, vel periculum eis insinuari possit, iustus metus sit, tali occasione, cuiuis regno, aut regioni liberum erit, interea hosti pro virili defensiuis armis occurrere. Similiter nulli nostrum fas erit, cum illo moderno, vel futuro hoste, pacis publicae turbatore, regnorum, ac prouinciarum confoederatarum inuasore, confoederationis huius impugnatore, et eius, vel etiam sociorum desertore inducias pacisci, pacem tractare, vel concludere, constituta vero publica, et solenni bonificatione debebunt in illa comprehendi eae personae, quae publica officia subeundo siue in bellicis, siue politicis expeditionibus, confoederatis hisce regnis, et prouinciis fidelem operam nauauerunt. Neque vero integrum erit Regibus, Principibus, ac Dominis, citra eorundem regnorum, regionumque consensum, apertum bellum concitare, multo minus externum militem in confoederata ista regna, et prouincias immittere, in vllis regionibus, aut vrbibus praesidia collocare cuiusquam militibus sparsim vel cateruatim transitum permittere, aut lustrationem, siue etiam axauctorationem eis indulgere.

6.

6.

Quoniam regna, et prouinciae nequaquam saluae esse possent, nisi regni Hungariae limitaneis arcibus, et confiniis saluis, et sufficienter sustentatis; quocirca nos rex Bohemiae, nec non eiusdem regni, et incorporatarum, superiusque specifice denominatarum prouinciarum, sicut et inferioris, superiorisque Austriae Status, et Ordines, quamuis habita ea magni momenti consideratione, quod in praesens regni, ac prouinciarum istarum pars depopulata, et deuastata sit, perquam ingentibus impensis, in nostrum exercitum faciendis, in dies aggrauemur, ideoque graues, et sufficientes caussas in nos vlterioris non recipiendi oneris habere potuissemus, attamen testandae summae nostrae, ac fidelis assistentiae caussa, non solum summam illam pro sustentatione praesidiariorum, ac proinde conseruatione commemoratorum Hungariae confiniorum, a singulis praedeclaratis regionibus, pro rata portione autem quotannis ordinarie pendi solitam, et proximis gneralibus confoederatorum Comitiis fideliter recognoscendam, et notificandam. Porro annuatim in posterum numerabimus, sed etiam communis salutis caussa, maiori habito respectu, eandem summam 50,000. Tallerorum, singulos per 70. cruciferos computando, itidem annuatim, et in paratis pecuniis, augebimus, ita tamen, vt

Bayerische Staatsbibliothek München

omnia ista ex libera duntaxat nostra voluntate, et bonae vicinitatis, mutuaeque permansionis studio profecta ad tutiorem praerecensitorum regnorum, ac prouinciarum confoederatarum conseruationem fieri censeantur, et ne eadem summa aliorsum, quam ad praesidiariorum stipendii solutionem, et confiniorum, ac limitanearum arcium conseruationem conuertatur, non solum summe cauendum, sed etiam certi Commissarii, qui curam eius rei habeant, constituendi erunt. Casu autem, quo aliqua necessitas premeret confinia, et eadem ruinosa egerent restauratione, vbi tum in subsidii, et auctionis eiusmodi ampliationem, ad amicabilem DD. Hungarorum requisitionem, tanquam confoederati, promtos nos declarare, non dedignabimur.

7.

Principalis, omniumque maxima necessitas id requirit potissimum, vt pax cum Turca non renouetur solummodo, verum tractetur, concludatur, et inuiolabiliter obseruetur. Legatio itaque de nouo ad Portam Ottomanicam, ab omnibus regnis et prouinciis confoederatis exornari, expedirique debebit, tam renouandae, quam concludendae, et confirmandae pacis caussa. Huius vero rei salutaris, et summe necessariae curam, expeditionemque, prout etiam

[library stamp]

consilium, et promotionem Ssrenitas sua vltro in se se recipere dignata est, expeditura quoque suum Legatum, ita, vt nostri quoque ac regni Bohemiae, et vicinarum prouinciarum Legati iuxta mittantur, et tam de muneribus, quam aliis expensis in Legationis peractionem faciendis, quisque pro sua parte prouisionem faciat, et administret.

8.

Bonae vicinitatis, et zeli in confoederationem, et socios contestandi gratia, limites regni Hungariae, cum Morauia, Silesia, et Austria, de quibus hactenus controuertebatur, Domini confoederati per certos pari numero designatos vtrinque Commissarios, statim primo vere, si quod legitimum impedimentum non obstiterit, rectificari curabunt.

9.

Ad requisitionem Serenitatis suae, et Statuum, ac Ordinum regni Hungariae, quatenus bona ab Austriacis, in praeiudicium regni Hungariae, qualitercunque hactenus tenta, et possessa, tanquam vera regni membra, iam tandem regno Hungariae applicentur, et incorporentur, Domini confoederati pro bonae vicinitatis, et societatis studio, vt omnino diffe-

rentia haec finem suum sortiatur, semet ipsos interponent, et in recuperatione auxilio erunt.

10.

In confoederatis istis regnis, et prouinciis commercia ab omnibus vltro citroque exerceri, libereque celebrari debebunt, saluis tamen vtrinque regnorum, prouinciarnm, statuum, ordinum, ciuitatum, communitatum, personarumque iuribus, immunitatibus, et antiquis consuetudinibus. Vnde

11.

Vtque mutua animorum coniunctio certior exstet, monetae valor aequalis inter regna, et prouincias istas confoederatas constituetur, nec non pro eius vtrinque fienda limitatione, sub bona Liga moneta cudetur, ita tamen, vt in proxime futura generali omnium confoederatorum Dieta, in loco competenti, et communi regum consensu praefigendo celebranda, maiorum monetarum certa fiat limitatio, minores vero numi, grossique currant et expost in omnibus regnis publicatio fiat.

12.

Si quando temporis successu difficultas, aut differentia quaedam circa negotium confoe-

derationis oboriatur, ex tunc confoederata regna, et prouinciae, ad requisitionem alterius partis, certum terminum, et locum praefigere debebunt. Quo postquam conuentum fuerit, difficultas rei proponatur, eius status significetur, et iuxta normam, genuinumque confoederationis huius sensum rectificetur, imo exigente aliqua communi necessitate, praecedenteque cujuspiam ex confoederatis requisitione, partem praemonitam, speciales suos Legatos ad generalia Comitia, siue conuentum expedire debere, inuicem constituitur. Vt vero publicae, et magni momenti differentiae forte inter confoederata ista regna, et prouincias, confoederationem ipsam concernentes exortae, celerius sopiantur, tenebitur in Hungaria rex, Princeps, Palatinus, et Consiliarii, in Bohemia vero, et aliis prouinciis incorporatis, Domini defensores ad id deputati, quibus illae difficultates primo insinuantur, eas componere, et complanare.

13.

Strictissima, aeuiternaque lege cautum sit, ne in confoederatis regnis, ac prouinciis vspiam locorum Iesuita deprehendatur, nec a quopiam, cuiuscunque is sit status, conditionis, sexus, aut praeeminentiae, quocunque sub colore, specie, et praetextu, clam, vel palam interteneatur, alatur, sustentetur, multo mi-

nus in legationibus rerum publicarum, siue seculares, siue spirituales illae sint, administratione: Rex, Princeps aut statuum quispiam eorum opera, consiliis, aut insinuationibus vtatur, ad nullas dignitates quouis nominis vocabulo vocitatis, admittatur, sub poena notae infidelitatis, perpetuique exilii, in regno, aut prouincia, in qua talis transgressor huius legis, residentiam suam habuerit, per status regni, et prouinciarum, infligenda.

14.

Dum, et quandocunque contra quempiam hostem confoederatorum regnorum, et prouinciarum auxilia impetrabuntur, militaresque suppetiae in hoc regnum, aut prouincias confoederatas fuerint transmissae, auxiliares eiusmodi copiae, a rege Bohemiae, Burggrauio, supremis prouinciarum Capitaneis, Praesidibus, Praefectis, et generalibus Ducibus, dependentiam suam habeant, remque contra hostem communicatis consiliis gerant. Miles autem taliter in auxilium missus, stipendiorum suorum continuam solutionem, a quibus expeditus fuerit, habere, et seueriore disciplina in officio, ordine, et obedientia contineri debebit, ne Nobilitati, miserae plebi, aut regno ad desolationem, et ruinam potius, quam defensionem suppeditatus videatur. Signanter vero eum a condescen-

sione in Curias Nobilitares, Ciuitates liberas, Templa, Parochias, molendina, et hospitalia, penitus arceri, denique a Dominis confoederatis, in propriis ipsorum regnis, et prouinciis, miles talis lustrari, et exauctorari debebit.

15.

Aequum visum est nobis, et Dominis confoederatis, si qui libri regii, priuilegia, aut alia litteraria instrumenta, regna, et prouincias confoederatas concernentia, ab antiquis temperibus vspiam asseruarentur, nominatim vero post restitutionem Sacrae Coronae regni Hungariae, in Polonia, vel Austria remanerent, aut isthic reperiri possent, vt ea diligenter in Archiuis perrequisita, omnia et singula fideliter Statibus, et Ordinibus, quos concernerent, restituantur, ac sine defectu resignentur.

16.

Vt vero vberius omnium nostrorum fides, amicitia, beneuolentia, et bonum vicinitatis, societatisque studium elucescat, debent omnes hostilitates, si quae vnquam inter confoederatos Reges, Principes, regna, et prouincias, earumque Status, Ordines et incolas agitatae fuissent, ex isto temporis momento penitus aboleri, ac in sempiternum obliterari.

17.

Si quis ab vno regno, vel prouincia Confoederatorum siue iam condemnatus est, siue in posterum condemnabitur, aut proscribetur, ne in altero regno aut prouincia receptetur, sed pariter inde proscriptus, adeoque in omnibus confoederatis regnis, et prouinciis pro exule censeatur, nec rursus insciis aliis confoederatis regnis, et prouinciis in gratiam recipiatur, conuenit, salua tamen permanente auctoritate regum, et Principum in dandis, cum consensu nempe statuum, et ordinum regni, aut prouinciae, gratiis. Casu vero, quo aliquis proscriptorum, et exilio mulctatorum, in aliquod regnum, et prouinciam confoederatam, se saluandi gratia contulerit, inibique deprehensus fuerit, teneantur illius regni, aut prouinciae Proceres talem, vti praemissum est, proscriptum, et malae notae hominem, illi regno, et tum prouincia, in qua poenam proscriptionis, et exilii recepit, nulla hac in parte qualicunque excusatione valente, de simplici, et de pleno reddere, restituere, et extradere.

Postremo quicunque ex modernis, et futuris regnorum, prouinciarumque confoederatarum, rex vel Princeps, confoederationem hanc confirmauerit, eandem obseruare, et iuxta eam imperium suum ordinare sategerit, in eius vi-

gore, robore, et defensione, inde emanante, cum consensu statuum, et ordinum contra quosuis hostes, libere vti poterit.

Vice versa, si contra omnem spem, opinionemque alteruter eorum, contra concessae religionis libertatem, priuilegiorumque publicorum immunitatem violenter quidpiam facere, et attentare, aut eosdem turbare occeperit, in eo casu status, et ordines a fidelitatis homagio absolutos pronunciari, eisdemque contradicendi, et resistendi plenariam, perpetuamque potestatis facultatem habere debere, nec ideo a quoquam hominum, criminis laesae Maiestatis postulari oportere, vtrinque volumus, et sancimus. Ceterum in confoederationis huius, praemissorumque omnium, et singulorum obseruationem tempore solemnis suae coronationis Rex, aut Princeps iuramentum quoque solenne praestare teneatur, sitque obstrictus.

Nos itaque praescripti, rex Bohemiae, ac vniuersi regionum confoederatarum Status, et Ordines, vti et inferioris, superiorisque Austriae Status, praemissos omnes capitulationis huius, initaeque confoederationis articulos, ac omnia, et singula in eis contenta, vti scilicet illae in serie eiusdem capitulationis de verbo ad verbum scripta, et inserta habentur, pro ratis, gratis, acceptis, perpetuaque, ac aeuiterna firmitate stabilitis, vnanimi voto, et consensu

agnoscentes, eosdem, et eandem sancte, firmiter, et inuiolabiliter, tam nos ipsi, et successores, ac posteritates nostrae obseruabimus, quam per eos, quorum, inquam, interfuerit, obseruari faciemus, non secus, ac si ista omnia in publicis Comitiis regni Bohemiae, Marchionatus Morauiae, Ducatus Silesiae, nec non Marchionatuum superioris, inferiorisque Lusatiae, vt et inferioris, et superioris Austriae, acta, et conclusa fuissent, firmissima spe freti, futurum, vt ex partibus saepe fatorum Dominorum confoederatorum, praemissa vniuersa, et singula, pari fide, integritate, et constantia, sancte obseruentur, bonaeque vicinitatis, et mutuae connexionis studia, firmioribus in dies, validiorisque incrementis confirmentur, id quod faxit vtrinque supremus ille legitimorum quorumuis foederum, et pactorum autor, propagator, et vindex, Deus Iehoua.

In horum itaque omnium robur, et firmius perpetuum duraturae coniunctionis testimonium, manuum nostrarum subscriptiones, et sigillorum nomina, hisce subiungenda, apponendaque voluimus. Actum in arce regia Pragensi sub generalibus omnium confoederatorum regnorum, prouinciarumque Comitiis 27. die Aprilis, anno a nato Saluatore nostro supra millesimum sexcentesimum vigesimo.

Nos vero supra specifice commemorati, Serenissimi ac potentissimi regis, et inclyti regni Bohemiae, incorporatarumque prouinciarum, vt et inferioris, superiorisque Austriae Legati, ad confoederationis huius consultationem, tractationem, conclusionemque, per absoluta, et plena mandata deputati, omnia, et singula illa, quae in hac perpetui foederis capitulatione continentur, probatum, ratihabitum, ac obseruatum, et per serenissimum regem Bohemiae, nec non status, et ordines eiusdem regni, ac prouinciarum confoederatarum, peculiari diplomate comprehensum, et serenitati suae, regno Hungariae, et Transsiluaniae, authentice transmissum, in fide nostra indubie pollicemur, eique fini publicum hocce instrumentum, sigillis nostris, nominumque nostrorum subscriptione corroborauimus. Actum Posonii in Comitiis publicis 15. die Ianuarii Anno Christi 1620. (a)

(a) Si postrema haec temporis nota genuina est, tum §. hic penultimo anteponi debet.

XXII.

Transactio.

Caesareae Maiestatis cum Bethlenio. (a) *d.* 16. *Ianuar.* 1620.

Ferdinandus Secundus cet. Memoriae commendamus tenore praesentium significantes, quibus expedit, vniuersis. Posteaquam Illustrissimum D. *Gabrielem* Hungariae, et Transsiluaniae Principem, ac Siculorum Comitem ect. in sedandis, et componendis perturbationibus, motibusque illis, qui nuper in regno nostro Hungariae exorti fuerant, studio publicae tranquillitatis ductum, et antea sat, superque sudasse, allaborasseque, post Commissariorum nostrorum autem, Spectabilium nimirum, ac Magnificorum, *Leonhardi Helfridi* Comitis, et L. B. *Meggau*, et in *Kreuczen*, intimi Consiliarii, et Camerarii nostri, et Capitanei Dominiorum Forchtenstein, et Eisenstad, *Sigefridi Christophori Prayner*, liberi, et nobilis Baronis in Stubingh, Flatnicz, et Rabenstein, Domini in Stancz, et Aspern, intimi Consiliarii, et Camerarii nostri, eadem de caussa ad illum missorum, vna cum dictis Ablegatis nostris, summa cura, solicitudineque procurasse, be-

(a) Apogr.

nigne intelligamus, persuasumque nobis sit, eundem D. Principem hocce almae pacis negotium, omnino ad optatum exitum pari industria, conatu, et solicitudine perducturum esse, pro quibus suis laboribus, et nobis, et etiam toti rei publicae Christianae proficuis meritis condignum existimauimus, paterni nostri affectus, et grati animi argumenta, maxime in statu, dignitateque eius augenda, atque amplificanda, erga dictum D. Principem, atque etiam eius Successores, quam liberalissime declarare, cuius quidem liberalitatis nostrae, in eundem benigne collatae, quemadmodum dictorum nostrorum Ablegatorum, cum eodem conuentum est, tenor sequitur in hunc modum.

Primum: praefatum D. Hungariae, et Transsiluaniae Principem cet. autoritate nostra, et potestate Caesarea, et Imperiali, in Principem S. R. Imperii creamus, et declaramus. Praeterea Ducatus in Silesia, *Oppoliae*, et *Ratibor*, vna cum titulo Ducis praefatorum Ducatuum, cum omni eo iure, et iurisdictione, quo antecessores, possessores vsi sunt, quamprimum in potestatem nostram redierint, Ecclesiasticis bonis, et religionis Catholicae exercitiis saluis, illaesis, et nullatenus variandis, aut turbandis permanentibus, sibi, haeredibusque, et posteritatibus suis, ex lumbis eiusdem descendentibus, et legitimo thoro natis, conferimus.

Ad haec, siquidem dictus D. Princeps, in negocio compositionis Bohemiae, bona, et vtilia sua officia liberaliter obtulit, postquam bonus effectus, opera ipsius quoque accedente, secutus fuerit, bona in eodem regno Bohemiae ad valorem 12000. florenorum Hungaricalium, eidem D. Principi nos collaturos, offerimus.

Praeterea, ex autoritate, potestateque nostra regia, accedente fidelium nostrorum regnicolarum consensu, quatuor integros Comitatus, vtpote *Zabolch*, *Zathmar*, *Beregh*, et *Ugocsa*, iure perpetuo, cum omni, et plenaria iurisdictione, prouentibusque, quibus a praedecessoribus nostris, regibus Hungariae, tenti, et possessi fuerant, eidem Principi Transsiluaniae, suisque Successoribus, vniuersis Transsiluaniae Principibus, ad eandem Transsiluaniam concedimus, ea tamen conditione, et tali pacto, vt sufficienti assecuratione per ipsum Principem Transsiluaniae, et Successores suos, legitimos Principes Transsiluaniae, cautio praestetur, nullo sub praetextu confinia, aut partes praefatorum Comitatuum, vnquam se se abalienaturos, neque in manus Turcarum, vel aduersariorum quorumuis, quouis sub praetextu, assignaturos, aut tributo Turcico, pensionarios facturos, super quo nobis, et Successoribus nostris, legitimis scilicet regibus Hungariae, tam ipse Princeps Transsiluaniae

quam etiam Successores eiusdem Transsiluaniae Principes, iuramentum praestare debeant.

Quia vero Haidones in illis vltratibiscanis Comitatibus consederunt, curandum erit Principi Transsiluaniae, vt mansiones, et domicilia ipsorum in eo statu permaneant, ne pax cum Turcis laedatur, aut illi infringendae occasio administretur. Quod si autem demolitionem Palankarum Turca vrgere vellet, tunc nos superinde Princeps, et Successores eius Principes Transsiluaniae, requirere debebunt, neque absque praescitu nostro, cum Turcis aliquid concludatur.

Ad declarandam vberiorem nostram erga eundem Principem, benignitatem, arcem quoque *Munkács*, in Comitatu de Beregh existentem, vna cum vniuersis eius pertinentiis, pro nunc ab aliis, titulo Inscriptionis possessam, intra spatium octo mensium per nos redimendam, eidem D. Principi per (ad) manus trademus, eodem iure tenendam, atque possidendam, quo praedicti quatuor Comitatus vltratibiscani per nos eidem Principi sunt concessi.

Item: etiam partes dicti regni nostri Hungariae superiores, vsque ad montem *Fatram*, nouem vtpote Comitatus, *Scepusiensem*, *Saarosiensem*, *Abauiuariensem*, *Zempliniensem*, *de Vngh*, *Borsodiensem*, *Heuesiensem*, *et Gömöriensem*, cum cunctis redditibus, et obuen-

tionibus regalibus, quibus etiam Comitatum *Aruensem* adiungimus, cum omnibus prouentibus, et iurisdictionibus consuetis, regalibus tamen prouentibus in ipso Comitatu Aruensi, ad rationem nostram, successorumque nostrorum, regum Hungariae, et Sacrae coronae, remanentibus, sicut etiam integro Comitatu Liptouiensi, in nostram rationem cedentc, eidem D. Principi, vita ipsius durante, absoluta cum gubernatione, plenariaque cum potestate, dandi, donandi, conferendi, inscribendique concedimus, tali cum conditione, vt nihilominus autoritas, et iurisdictio regni nostri Hungariae Comitis Palatini, in celebratione cum regni Iudicibus ordinariis, per eundem Palatinum creandis, et constituendis, octaualium iudiciorum, et iuridicalium processuum, expeditioneque, et executione integra relinquatur. Statibus, et ordinibus regni earundem partium superiorum, tam Ecclesiastici, quam Secularis ordinis, liberum exercitium, et vsus Catholicae religionis permittatur.

Reliquis regni partibus, cis, et vltradanubianis iuxta libertates, et leges regni, tam in iurisdictione administrationis, iudiciorum, processuum, quam aliis officio Palatini incumbentibus, ad euitanda incommoda, et incouenientias, quae ex permisto gubernationis, et mo-

deratio-

derationis modo, euenire possent, regni Palatini gubernationi, et administrationi reseruatis.

Bona vero per caducitatem, hoc est, per defectum seminis, notam infidelitatis, vel alio quocunque modo deuoluenda, in praefatis regni Hungariae partibus Superioribus cistibiscanis, ipse Princeps, iuxta dictamen legum, si cui contulerit, eiusmodi donationum, et collationum confirmatio, ad nostram Maiestatem, et legitimos successores nostros, reges Hungariae, spectare debebit. Idque in Cancellaria nostra gratis, absque solutione taxae litterarum confirmationalium fiet.

Compositis tandem, Dei benignitate, perturbationibus, et motibus hisce, per introductionem medio fidelis nostri regni istius nostri Hungariae Comitis Palatini, in dictas partes regni, modo praemisso, per nos concessas, et collatas peragendam, quae statim ab emanatione litterarum vtrinqve fienda, perfici debebit, confiniis, et aliis bonis DD. Praelatorum, Baronum, Magnatum, Nobilium, et ciuitatum iurisdictioni, et potestati nostrae reseruatis, redintegratis prouentibus quibusuis pro nobis integre remanentibus. Eductis etiam ex hisce partibus cis, et vltradanubianis, iurisdictioni nostrae subiectis, militibus vniuersis, praefato Principi addictis. Regnicolae autem omnibus tam in hisce regni partibus cis, et vltradanu-

bianis, quam etiam praedictis Superioribus regni Hungariae partibus bona, et iura ipsorum possessionaria, pacifice, libere, et plena cum iurisdictione, iuxta dictamen legum regni possidere valeant.

Quorum e numero, si qui exacto induciarum tempore peculiares pro se se, super bonorum omnium, personarumque, tutiore permansione, et conseruatione, factorumque praeteritorum generali amnistia, assecuratorias impetrare, et obtinere voluerint, a nullis eorum regium nostrum fauorem, et tutelam, protectionemque specialem denegabimus. Imo omnes, et singulos autoritate nostra Caesarea, atque regia tueri, protegere, conseruareque, et defendere promtos, paratosque offerimus.

Nos itaque vniuersos, et singulos praescriptos articulos, ac singula, et omnia in eis contenta, prout iidem per dictos nostros Commissarios tractati, conclusique sunt, hisce litteris nostris de verbo ad verbum inserti, ratificamus, confirmamus, et approbamus, acceptamque, assecurantes eundem D. Principem, eiusque successores, legitimos Transsiluaniae Principes, in verbo nostro Caesareo, regioque, bona fide mediante, quod omnes eos, et singulos, in omnibus eorum punctis, tam nos ipsi sancte, inuiolabiliterque obseruabimus, quam per alios omnes, cuiuscunque ordinis, et Status homi-

nes, nobis subiectos, obseruari faciemus, ad quod obseruandum etiam successores nostros, legitimos scilicet Hungariae, Bohemiaeque reges, ligatos esse volumus. Harum nostrarum manus nostrae subscriptione, sigillique nostri impressione, vigore, et testimonio litterarum mediante. Dat. in Ciuitate nostra Vienna, die 16. mensis Ianuarii, Anno Domini 1620. regnorum nostrorum, Romani primo, Hungariae, et reliquorum Secundo cet.

FERDINANDUS m. p.

XXIII.

Transactio *Bethlenii*, *cum Caesarea Maiestate*. (*a*) *d.* 16. *Ian.* 1620.

Nos *Gabriel*, Dei gratia, regnorum Hungariae, et Transsiluaniae Princeps, ac Siculorum Comes etc. Memoriae commendamus tenore praesentium, quibus expedit, vniuersis. Quod cum anno superiore primum in regno Bohemiae, postea in inclyto hoc quoque Hungariae regno, periculosissimi admodum motus

(*a*) Apogr.

excitati fuissent, et ii quidem non sine larga sanguinis Christiani effusione, regnorumque horibili deuastatione, ad aliquod temporis spacium protracti, nos quoque pro asserenda regnorum publica libertate, sedandisque huiusmodi tumultibus, e regno nostro Transsiluaniae vocati, suppetias regnis istis, ac prouinciis periclitantibus laturi, aduenissemus, resque tantopere successisse videretur, vt et sacrum inclyti huius regni Hnngariae diadema, vna cum arce, ciuitateque libera Posoniensi, in nostram redactum potestatem, statusque, et ordines praetitulati regni Hungariae, in generali, frequentissimoque ipsorum, per Illustrissimum D. Comitem, Sigismundum *Forgács* de Ghymes, regni eiusdem Palatinum indicto legitime conuentu, eius animi, intentionisque fuissent, vt nos non tantum in regem ipsorum eligere, sed et coronare parati, certas etiam electionis conditiones, quas prae manibus tenemus, exhibuissent, et praesentassent, interea vero temporis, a Sacratissima Caesarea, regiaque Maiestate vestra, de pace, tranquillitateque regnorum istorum restituenda, benigne praemoniti, placuit vtrinque statim per certos tractatus pacis potius, quam infestis vlterius armis, in mutua saeuire viscera, rem attentare.

Igitur ex parte nostra, sufficientibus datis obsidibus, ex parte Maiestatis vestrae Caesareae, regiaeque vicissim Legati eiusdem, Illustrissimus, ac Reuerendissimus D. *Valentinus Lépes*, archiep. Colocen. Administrator Episcopatus Iauriensis, locorumque eorundem Comes perpetuus, per regnum Hungariae aulae Cancellarius, et Consiliarius, Spectabiles item ac Magnifici DD. *Leonardus Helfridus* Comes a Meggau, et L. B. in Megau, et in Creuzen, intimus Consiliarius, ac Camerarius, et Capitaneus dominiorum Forchenstein, et Eisenstat, *Sigefridus*, *Christophorus Preiner*, L. B. in Stubingh, Fladnitz, et Rabenstein, Dominus in Stacz, et Aspern, intimus Consiliarius, et Camerarius, nec non *Thomas Nádasdy*, de *Pethenyed*, itidem Maiestatis vestrae Imperatoriae, et regiae Consiliarius etc. superuenissent, cum quibus per varios vltro, citroque Tractatus habitos, tandem de certis conditionibus, et articulis, ex benignitate M. vestrae Caesareae, ac regiae, nobis oblatis, et concessis, conuenissemus, ac conclusissemus, nos quoque habita primum, et ante omnia, publica regnorum pacis, ac tranquillitatis, vitandaque vlteriore Christiani Sanguinis effusione, postea vero vniversae Domus Austriacae, et potissimum Augustalis Maiestatis vestrae Caesareae, regiaeque condigna, condecentissima-

que, reputatione, maluimus, ac decreuimus, seposita in regnum, gloriamque maiorem nostri promotione, in fauorem vestrae M. Caes. regiaeque obsequenter nos accommodare.

Vnde accepta a M. vestra, super iis, quibus iam cum praefatis eiusdem DD. Legatis, conuentum est, conditionibus, sufficienti assecuratione, primum, et ante omnia super eo assecurandum, certificandumque ducimus, quod partes Hungariae inferiores, cis, et vltra danubianas, quae pro nunc apud manus, et in potestate nostra, vigore superinde initi tractatus, relictae sunt, vsque ad iam constitutarum induciarum terminum, fideliter administrabimus, Status in iisdem partibus omnes, tam Ecclesiastici, quam Secularis ordinis in eo, quo nunc sunt, statu conseruabimus, ius, et iustitiam iisdem iuxta leges regni impendi curabimus, neque ex partibus regni praedictis, earumque confiniis aliquid abalienabimus a corpore, coronaque regni, sub eodem induciarum tempore, animos omnium singulorum in partibus hisce cis, et vltra danubianis regni, in rationem vtpote vestrae Caes. regiaeque Maiest. cedentibus, nunc quidem alienatos ad obedientiam, et fidelitatem Maiestatis vestrae reducere, omnibus modis studebimus, et incumbemus.

Ad haec sedulam etiam, vbicunque opus fuerit, nauabimus operam, vt motus in regno Bohemiae, prouinciisque eidem incorporatis, nec non Ducatu vtriusque Austriae vigentes, atque intercidentes, cum vestra Maiestate Caesar. et regia discordiae, per tractatus salutares, penitus sopiantur.

Insuper pacta etiam, ac transactiones, cum praedefuncta felicis memoriae, Imperatoria, ac regia Maiestate, Mathia II. diuersis vicibus, in ciuitate Tirnauiensi conclusa, quicunque ex illis publicam regnorum salutem, ad permansionem concernere dignoscerentur, ea omnia, et singula in proximis regni Hungariae Comitiis, iam in inducialibus litteris certo promulgatis, cum vestra Maiestate Caesarea, regiaque, causis personarum priuatarum, et negotiorum exceptis, et exclusis, tam nos ipsi renouaturos, roboraturos, quam vt etiam Status et Ordines, vti Hungariae, ita et Transsiluaniae renouent, roborent, et confirment, curaturos spondemus.

Ad quae omnia, et singula, suis viis, et constitutis modis praestanda, effectuandaque, nos in verbo Principali, et bona fide mediante, obligamus, et obstringimus, obligatosque esse volumus, prout obligamus, et obstringimus, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum in libera, ac regia ciuitate Posoniensi die 16. mensis Ianuarii anno 1620.

XXIV.

Induciae *inter Ferdinandum II. et Gabrielem Bethlen Posonii anno* 1620. *d.* 17. *Ianuarii initae.* (*a*)

Nos *Gabriel* Dei gratia, regnorum Hung. et Transsiluaniae Princeps, et Siculorum Comes. recognoscimus, tenore praesentium etc. Quod, posteaquam paucis abhinc mensibus, concitatis, et exortis quibusdam in hoc regno motibus, tristissimas calamitates post se trahentibus, Sacr. Romanor. Imperatoria, et Regia Maiestas, pro pacis publicae studio, paternaque erga nos cura, eosdem motus sopitos, et compositos esse, volens, certos suos Commissarios, Reuerendissimum D. *Valentinum Lepes*, archiep. Colocensem, administratorem Episcopatus Iaurinensis, eiusdem loci Comitem perpetuum, Hungaricae aulae Cancellarium et Consiliarium, Spect. item et Magnificos, *Leonardum Helfridum* Comitem, et L. B. in Megau cet. *Sigefridum Christophorum Prainer*, L. B. in Zuling cet. nec non *Thomam Nádasdy de Petenyed*, eiusdem M. suae Consiliarium, huc Posonium ad nos cum sufficienti plenipotentiae authoritate, nobiscum tractan-

(*a*) Apogr.

di, et concludendi, expedire dignata fuisset, eo tunc nos in pacis et tranquillitatis publicae restitutione Christiano, vti par est, animo, cum praetactis DD. Commissariis, hasce subsequentes conditiones, et articulos, de, et super certis induciis, intra tempus praefixum sancte, et firmiter obseruandis, vnanimi voto, paribus i n d u c i i s (fors consiliis) tractauimus, inìuimus, et conclusimus in hunc modum.

1.) Quod vtrinque, in regno Hungariae, etiam in partibus Poloniae fiat suspensio armorum, de qua per Sacr. Caes. ac regiam Maiestatem rex Poloniae requirendus erit, pactaeque induciae durent ad festum S. Michaelis, diem videlicet futuri mensis Septembris 29. anni praesentis.

2.) Quod easdem inducias sua M. Caes. et regia Bohemis, et aliis incorporatis prouinciis, iustis, et aequis conditionibus, concedere dignabitur, atque nos etiam hos tractatus, melioribus, quibus poterimus, studiis, tam apud M. suam Caes. ac regiam, quam praefata regna, ac prouincias, Xtianosque Principes promouebimus, ita, vt armis depositis, secundum communem vtriusque partis aequitatem, motus iste, pace optata, terminetur.

3.) Sub hoc induciarum termino, regni administratio maneat in suo, quo nunc est, statu, vt quaecunque nunc prae manibus, et

in potestate Suae Maiestatis, quae vero prae manibus nostris reperiuntur, ea omnia, absque praeiudicio vtriusque partis, teneantur, et a nobis absolute gubernentur.

4.) Arces itaque, Comitatus, confinia, et ciuitates omnes, quaecunque tam in superioribus, quam cis, et vltradanubianis regni Hung. partibus, nunc in potestate nostra existunt, ad terminum vsque induciarum, maneant sub absoluta gubernatione.

5.) Intra vero induciarum terminos, regno Hungariae Dieta ex praesentis suae Maiestatis gubernatione promulgetur ad Dominicam Exaudi, vltimam scilicet Maii, in Liberam et regiam Ciuitatem Nouizoliensem, vbi etiam nos, et Illustrissimus D. Palatinus Hung. in propria persona comparebimus, reliqui etiam Status, et Ordines dicti regni Hung. absque vlla exceptione, et tergiuersatione in propriis personis, Comitatus, et liberae Ciuitates, regnoque Hung. annexae partes per Legatos, sufficienti cum instructione, comparere obligati sint sub poena.

6.) In Comitiis illis Dietalibus omnes eae difficultates, et grauamina, conditionesque, acceptatae, quae vel inter suam Maiestatem, ordinem Ecclesiasticum, reliquosque regni Status, intercedunt, modis, quibus libet, fieri poterit, salutiferis, tollantur, et diluantur, complanentur, et effectuentur.

7.) Commercia, negociationes, et passus vbique in regno libera sint.

8.) Polonus autem miles in partes aliquas regni Hungariae superiores, per D. *Georgium Homonay*, et alios inductus, primo quoque tempore educatur, aut, si nolit, aut ipsos, quorum intererit, remouere negligerent, Principales eo in casu, absque laesione aliqua harum induciarum, liceat regnicolis procedere, vt illi omnibus viis, et modo remoueantur.

Tempus autem hoc induciarum, vtpote parte vtrique sacrosanctum, vt ab omni hostilitate, inimicitiis occultis aeque, ac manifestis, militum excursionibus, arcium, locorumque interceptionibus, occupationibus, cunctis denique tam priuatis quam publicis offensionibus vtrique parti sit vbique immune, ad cuius obseruationem, sub vinculo bonae fidei, vtriusque partes se se compromittunt, et obstringunt.

Nos itaque praelibatas induciarum antefatarum conditiones, praesentibus litteris de verbo ad verbum insertas, ac inscriptas, omniaque, et singula in eis contenta, rata, grata et accepta habere, praelibatam suam Maiestatem Caes. regiamque, ac omnes, et singulos, eos, quos praesentes induciae concernere, et in se se comprehendere dignoscuntur, fide bona, sincera, et intemerata, assecuramus, spondentes firmiter, quod praemissa omnia, in omni-

bus punctis, et clausulis, articulisque, tam nos ipsi inuiolabiliter obseruabimus quam per alios omnes, quorumcunque interfuerit, cuiuscunque status, officii, ac conditionis existunt, signanter, generales exercítuum nostrorum, et quibuscunque officiis bellicis, quocunque nominis vocabulo vocitentur, firmiter, et sincere obseruari faciemus. Imo assecuramus, et spondemus, harum nostrarum vigore, et testimonio litterarum mediante. Datum in libera, ac regia ciuitate Posoniensi 17. mensis Ianuarii, 1620.

XXV.

Ad
Caracaſs Mehmet, Bassam Budensem.

Iubetur Sultani nomine, vt curam confiniorum habeat, pacem cum Caesare initam cum ipse obseruet, tum per suos obseruari faciat, nihilque aduersum eam sinat fieri; et violatores congrua delicto poena castiget. de 20. Ian. an. 1620.

Al honoratissimo Mehemet Bassa di Buda!

Al giongere di questo Imperial commandamento saprete, comme per il passato sono sta-

ti mandati molte volte commandamenti, acciòche habbiate buona custodia e risgvardo alle Fortezze di quelle Frontiere per il bisogno della nostra fede, e che giorno e notte debbiate usare ogni diligente cura, e buona custodia sopra li sudditi di quelli paesi, et in specialimente honorare la conchiusa, e stabilita pace con il Rè di Vienna, e governar li paesi, et altri negotii della nostra Imperial Maestà, quali vi sono stati da noi commandati, e che debbiate risgvardare sempre sopro la nostra sublime volontà, d' haver buona custodia e diligenza sopra le Fortezze, Mercati, e ville sottoposs' al vestro potere.

Onde vi commando gionto che vi sarà questro Imperial Commandamento voi conforme, che per il passato havesti altri nostri Imperiali commendamenti e conformi a questo, giorno e notte usarete ogni diligente cura, e buona custodia sopra le dette Fortezze, Mercati, ville, e sudditi di quelle Frontiere à voi sottoposte, et havrete ogni buon risgvardo di mantenir, et honorare la stabilita e conchiusa pace col sopradetto Rè, e con tutto potere attenderete, di non fare, ne lasciar fare cosa alcuna, che poss' esser à prejudicio della grandezza della nostra fede, e dell' honore della nostra sublime, et Imperial Maestà. Cosi' alli Governatori et all' altri Ministri e Soldati di quelle Fron-

tiere protestarete rigorosamente, acciòche di nissun modo debbino trapassar' un tanto oltre li confini del sopradetta pace, et se qualche danno vorra trapassare la nostra Imperial volontà, voi severamente conforme il delitto suo, lo castigarete, e di tuto quello ch' intenderete e saprete, di queve Frontiere ogni cosa giustamente farete intender' alla nostra felice Porta. Cosi' saprete e prestarete fede all' honorato segno. Scritt' all' ultimi della Luna di Muharem, l' anno 1028. (*a*)

(a) Inter memorata Acta, ex Turcico versa. Litt. B. B. B. B, de hoc mandato Orator. d. 23. Ian. 1620. ad Caesarem inter reliqua adiecit; Ebenmäſſig ſind von allhieſiger Porten ernſtliche Commandamenta wegen fleißiger Obſerwirung des heiligen Friedens an den Bassa zu Ofen, und alle andere Confinen ausgefertigt, und durch eignen Capicci überſandt worden, wie beyliegende Copia mehreres ausweiſt.

XXVI.

Ad Status et Ordines Hungariae.

Imperiales in conuentu Mülhusii collecti suadent statibus Hungariae, ne in futuris Comitiis se a Bohemis in transuersum agi sinant, regique suo legitimo adhaereant. d. 23. Mart. 1620.

Reuerendissimi, Spectabiles cet. Quamuis in regno Bohemiae per eiusdem Ordines, factam reiectionem sui a Deo ipsis praepositi summi capitis, et electionem alterius regis, subsecuta innocentissimi sanguinis profusio, et in hodiernam horam vsqve adhuc durans perniciosissima prouinciarum deuastatio, atque desolatio omnibus et singulis adeo notata, cognitaque sit, vt non immerito omnia regna, et prouinciae, quasi in speculo scriptas intueri, et exinde discere debeant, quod praestita iuramenta seruanda, et non contra legitimum suum magistratum insurgendum sit. Nos etiam indubia spe freti, confidimus, vos Bohemicis istis motibus, atque confusionibus minime operam vestram addicturos, neque rebellioni isti, in summum vestrum damnum, atque perniciem subscripturos, sed multo magis Romano-Caesareae, regiaeque Maiestati, tamquam regi, et Domino vestro vosmetipsos submissuros, eius-

demque regna, et prouincias, ceu fideles, obsequentesque Ordines, atque subditos decet, vna cum ipso, sartas, tectasque conseruaturos esse.

Verum enim vero, cum in Hungaria res non ita pridem, summum quidem imminens periculum intentauerint, (*a*) et, si perniciosis Consiliariis, priuatnm suum commodum, emolumentumque, publicae saluti, atque tranquillitati praeferentibus, obtemperetur, vetutissimum, laudatissimumqve hoc regnum, quemadmodum etiam Bohemiae regnum, eidemque incorporatae prouinciae, facillime in totalem desolationem incidere, et eiusdem Ordines inexstinguibilem obiectionem exinde in se se deriuare possent, quod nimirum ii fuerint, quorum impulsu, vnicum illud Christianitatis propugnaculum, ad cuius conseruationem S. R. Imperium tam infinitos sumtus, vna cum multa sanguinis effusione, impendisset, haereditario Christiani nominis hosti tradidissent, et eo ipso modo, commemorato hosti aditum in Imperium aperuissent, quo melius tandem, diu ante praemeditatam suam tyrannidem, at-

(*a*) Verisimiliter haec referuntur ad conuenticulum Cassouiae a Bethlenio priori anno celebratum, et ad Comitia, quae Palatinus, inuito rege, indixerat vt ad an. 1619. indicatum fuit.

que

que crudelitatem ipso facto exequeretur, Christianam fidem opprimeret et omnia Turcico suo iugo subiceret, id quod vobis neutiquam confidimus, neque etiam vouemus.

Quamobrem intermittere nec potuimus, nec voluimus, praesertim quod a fide dignissimis cognouimus, Caesaream Sacram M. decreuisse, quin breui in regno suo Hungariae Comitia prouincialia celebrarentur, et minime etiam dubitemus, in iisdem non paucos duntaxat reperiendos esse, qui sub vario praetextu, quaesitoque colore, regni istius Ordines, Bohemicae isti intemperiei immiscere, et a debito Caesareae M. obsequio abalienare possent, quin praeoccupando hanc nostram intentionem, et admonitionem, vobis omnibus, et singulis fidelissime communicaremus. Ne igitur per irrequieta, minus pacifica, nimis callida, atque praecipitata consilia, laudatissimum hocce regnum, in Summum S. R. Imperii praeiudicium, damnum, atque extremam calamitatem praecipitetur, sed in suo statu, pace atque quiete, penes illibata sua priuilegia, conseruetur, et metuendae innocentissimi sanguinis profusioni praecaueatur.

Itaque intermittere noluimus, quin ex beneuolentissima intentione, vobis significaremus, et simul vos omnes, et singulos rogaremus, vt instantibus istis in Comitiis regni salutem,

prosperitatemque, probe perpendere, nihil, quod iam vel in futurum, ad illius periculum, incommoditatemque spectare videatur, approbare, vel concludere, sed iuxta laudatissimum Maiorum vestrorum exemplum, respectum Caesareae Maiestatis, regis, ac Domini vestri, a Deo vobis praepositi, conseruare velitis, neque ab eo per vllum hominem, vos abalienari patiamini. Per hoc absque omni dubio, laudatissimi, vetustissimique istius regni, omniumque eidem incorporatarum prouinciarum, Ordinum, atque subditorum incrementum, salus, atque prosperitas promouebuntur, oculis quasi obseruantes, innocentissimi sanguinis profusiones, prouinciarumque deuastationes praecauebuntur, et optima rerum pax constanter conseruabitur, quae omnia vobis immortalem gloriam vtilitatem, commoditatemque paritura sunt, nos vero omnibus, et singulis beneuolentiam nostram denuo pollicemur. Dabantur Mülhusii die 23. Martii anno Domini 1620.

Electoralis, et Principalis
Conuentus Mülhusinus.

XXVII.

Ad Caesaream Maiestatem.

Legatorum ex Bohemia, Morauia, Silesia, et Lusatia cet. Constantinopolim aduentus: tributarios se Turcis futuros profitentur: a Sultano liberaliter accipiuntur: Bethlenius, rex Hungariae, et Frater eius Stephanus, Dux Transsiluaniae, designantur, ipso induciarum inter Caesarem, et Bethlenium tempore. d. 23. April 1620.

Euer Römisch kayserliche Majestät ꝛc. Was massen der Siebenbürgische Abgesandte Balasy Ferencz den 5ten dieses seinen Abzug von dieser Porten genommen, und darauf den 9ten alsobalden ein anderer mit Schreiben von Bethlen Gabor angelangt, habe Euer kayserl. Majestät unlängst durch Venedig in schuldigsten Gehorsam erinnern, und anjetzo gleichfalls allerunterthänigst berichten sollen, daß den 16ten dito ein Pfälzischer Diener Nahmens Heinrich Litter, und etlich andere fürnehmste Rädelsführer in Boheim, und dessen incorporirten Provinzen, (mit) Sigilmen bekräftigen Schreiben ebenmässig allhier ankommen, in welchen sie allhiesigen Sultano sich als tributarios freywillig zu untergeben, und für ihren Schutzherrn zu bekennen, anerbieten.

Obwohl nun zwar von allhierigen Obristen Vizir, und andern fürnehmsten dieser Porten mir jeder=

zeit starke Zusagungen, daß nemlich weder ihm, noch andern von Euer kayserl. Majestät rebellischen Unterthanen allhier keiner vorgelassen noch angehört, viel weniger Ihrem Begehren solle statt geben werden, so münd = als mit jüngst abgefertigten Curier durch absonderliches an Euer kayserl. Majestät schriftlich beschehen, haben jedoch dieselbe, diesem allem zuwider diesen allen jetzt und bey gemelten Sultano eine audienz mit Empfahung der Kaftan vorgestellt unverdienterweis erhalten, und nun bey diesem Vizir, Hogia, Muffti und andern die Sache so weit gebracht, daß dieselbe mit unterschiedlichen Reden sich nicht allein ganz wankelmüthig, und sehr alterirt gegen mir erzeigt, sondern auch, wie ich gewiß berichtet, und allen mehrern Anzeigungen nach, gänzlich vermuthen kann, obbesagten Bethlen Gabor bereit unter ihren Schutz angenommen, und die Ungarische Kron verwilligt haben, dahero gänzlich zu schliessen, daß sie nicht weniger wegen Böheim sich resolviren, und derselben Begehren ebenmässig willfahren werden.

So Euer kayserl. Majestät um besseren allergnägigsten Nachrichtung willen, damit dieselbe allhierige Leute wankelmüthigkeit augenscheinlich abnehmen, auch allen Dero Feinden zeitlich begegnen mögen, ich obliegend allerunterthänigster Schuldigkeit nach, nicht verhalten, und zu mehrer Sicherheit durch zween Weege in duplicato allergnädigst überschreiben, beynebens auch gehorsamst bitten sollen, weilen auf solchem Fall des Starzers hinausreisen Zweifels ohne ganz einge=

stellt, und ich mittelst zu schmerzlicher Schmählerung Euer kayserl. Majestät existimation, und Hochheit, mich allhier aufzuhalten, oder wohl gar meinen Abzug zu nehmen gedrungen wurde, Sie geruhen allergnädigst auf möglichste Mittel und Wege zu gedenken, und mir bey eigenen Curier durch Italia, Ragusa, oder anderwärts, massen ich mich hierinn ferner zu verhalten, allergnädigst anbefehlen, so wohl auch aller Sachen Beschaffenheit, und Eeuer kayserl. Majestät hoffentlich siegreichen Wohlstandes durch allergnädigste Schreiben, deren ich mit selbst Verwunderung dieser Viziren in sieben Monathen keines empfangen, noch fürzuweisen, erheischend auserster Nothdurft nach, ausführlich Berichten zu lassen.

Aus beyliegenden Extract, eines von Alexandro gewesenen Woivoda in der Walachey mir in höchster Geheim, und Vertrauen zugethanenen Schreibens, geruhen Euer kayserl. Majestät zu ersehen, was von den Rebellen allhier practicirt werde. Dahero dann allen denselben nicht zu trauen, oder gutes gegen Ihnen sich zuversehen. Allen und jeden Euer kays. Majestät allergnädigsten Befehl will ich mit allerunterthänigsten Eifer, huldmöglichst zu vollziehen mich bearbeiten, und zu Dero kayserlichen Gnaden, und Hulden hiemit alleruntertthänig treugehorsamst befohlen haben. Constantinopel den 23. Aprilis 1620.

P. S. Aus beykommender Copie werden Euer kayserl. Majestät ebenmässig allergnädigst vernehmen, was Bethlen Gabor nach der mit Euer kayserl. Ma-

jestät jünst geschlossener treuga an allhieriger Porten, bey obbesagten Böheimischen Curier überschreiben, und dahero werden demselben noch andern nicht zu trauen haben. Euer kayserl. Majestät beinebens auch in unterthänigsten Gehorsam erinnerende, daß fást täglich so wohl von besagtem Bethlen, als andern Euer Majestät Ländern, Personen mit Schreiben allhier ankommen, welchen allen der holländische Bothschafter gute Assistenz leistet, und sich äusserst Ihrentwegen bearbeitet. (*a*)

Hoggi cinque giorni sono, ch'e venuto un' huomo dal Bethlen Gabor con lettere al loro Ambasciatore, e voglino dire ch'e venuto per dimandare, che sia mandato un stendardo, per il Fratello di Bethlen Gabor, per restar Principe di Transsilvania, et il Bethlen per restar Rè d' Ungheria, et hanno da venire dieci gentilhuomini d' Ungheria, per dimandare che sia fatta questa gratia, che lo facciano per Rè d' Ungheria, ancora per auiso in casa loro contavano l' altro giorno qualche dieci somme di danari, ma non sapemo per doue li vegliono. — Reliqua abcissa erant. (*b*)

(a) Inter memorata Acta Litt. N.N.N.N. Extractus vero Vaiuodae, cuius mentio in litteris fit, in baec verba d.d. 13. April habet.

(b) Ibid. Litt. O.O.O.O. Adiecta autem Copia, cuius itidem isthic mentio fit, ex Hungarica in Italicam linguam traducta, huius tenoris est:

Vostra Altezza, comme potentissimo Imperatore sapra molto bene per conto delle gran gverre intraventa della volontà d'Iddio, si comme dall' altrevie V. Altessa havra inteso, e potra far testimonio. E diamo di considerar' hora à V. A. quanti danni siano seguiti, e qvant' huomini amazzati, e poiche le case e ville nostre in Ungaria, e Transsilvania tutte sono abbruggiate, e li paesi saccheggiati, cosi il populo tutto dal Signor' Iddio di cuore desidera, che V. A. comm' ognipotente, et invittissimo Imperatore, colla sua forzza voresse per acquietar questa gverra, si comme V. A. meglio intendera. Della lettera mandata con questo Corriere di Bohemia, che noi con gran dolore aspettiamo solamente il giorno, nel quale si finisca la treuga fatta coll' Imperatore Ferdinando, à grandissime preghiere sue, il qual' in tanto voleva far impannire li regni e provincie, il che intenderà V. A. con lettere del sopradetto Corriere di Bohemia, e se V. A. l' accettarà, e lo spederà con vostre lettere per ritorno, all' hora questi paesi die Bohemia, Moravia, Silesia, Lusatia, et Austria mandaranno alla Porta principal' Ambasciatori, e qnello ch' essi proporanno, non ho volsuto per hora scriver' à V. A. et poi che l' Imperatore Ferdinando non vuol acquietarsi, mà perseverare nell' ira sua, cosi' supplichiamo V. A. un' altra volta, che venga da

noi in Ungaria, per impatronarsi di piu Fortezze, e Castelli, il che ancora e vero intento, é sincera volontà delli Tudeschi, per a m o r de i quali noi ancora pregiamo l' A. V. di farci questa gratia, et amicitia, dal che V. A. ripostarà una gloria, e fama eterna, e tutt' il regno d' Ungheria, colla Nobilità riconosceranno questo per grandissima amicitia, e rigratiandole infinitamente, restaranno sempre mai di V. A. fedelissimi, et ubedientissimi sudditi. Il Signore Iddio mantenghi V. A. felicissima per mult' anni. Datum in libera, regiaque Ciuitate Cassouiensi, die 21. Februar. Anno Domini 1620, (*a*)

XXVIII.

Instructio *Generosi D. Ioannis Bornemisza, Serenissimi D. regnorum Hungariae, et Transsiluaniae Principis, equitum campestrium supremi Capitanei.* d. 9. Maii 1620.

1.) Mivelhogy az mi Kegyelmes Urunk, és Feőlsége Magyar, és Erdély Országnak Fejedelme, tudván eő Kegyelmenek jo hireth -- (*b*)

(*a*) Inter eadem Acta. Litt. P. P. P. P.

(*b*) Vox sequens penitus extrita erat.

es vitezleő dolgokban forgoth allapotiath, az eőth Szaz Kopiat, es eőth Szaz Puskas lovasoknak eleőteősi jarova, es feő Kapitaniava rendelte eő Kegyelmet. Noha azert semmi ketsegünk ninesen az eő Kegyelme jo industriajaban, de megis ez reővid instructionkath akarunk eő Kegyelmenek adni.

2.) Ertven Urunk eő Feőlsege akaratiatth, es parancsolatiath, hogy az alatta valomal az confoederatus Orszagok hadai melle kiknek nekik adot hittünk, es keőtelsegunk szerint segeseggel lenni tartozunk; menien azert eő Kegyelme se kessek, hanem menten menien segetsegekre.

3.) Oda erkezven az confoederatus haday melle, minenekben Anhalt Herczegh Urunkrol eő Feőlsegerol fogvan dependealion, es valamit eő Felsége paranchol eő Kegyelmenek, a teneő legien.

4.) Szeme eleőth viselven Urunknak eő Felsegenek, és az nemes Orszagunk meltosagos allapatiat ugi visellie magath eő Kegyelme az alata valoival egiuth, hogi mind eő Felseogenek, mind penigh az Orszagnak beőchueletei legien.

5.) Az vitezleo nepek felelemben tarcha seőth mindent az eő erdemeszerinth megh beőchullie az jokat oltalmaza, és az gonozakoth erdemek szerint feökeppen az kik gilkossaghban

parasznasagban, es egieb hasonlo chegeres vetkekben talaltanak, minden halogatas nekul vitezleo teőrvent szolgaltatvan Kemeles nelkül megh bűntesse.

6.) Mierthogj az confoederatus Orszagok, es mi Kegielmes Urunkal eő Feölseögeuel, es az nemes Orszagal mindenekben egiet ertenek, es azokotis Kartul, veszedelemteől ugi tartozunk oltalmazni, mint szinten magunkath. Azért eő Kegielme dulastol, Koborlastul, es Kar tetelekteől az vitezleű nepet prohibeallia, es semmi Korbolast, s' kart nekik tenni ne engegie.

7.) Mindeneket kiket ez reővid Instructionhban megh nem irhatunk, az eő Kegielme industríaban hadtunk. Intven azert eű Kegielmet, hogi mindenüt nagi vigiazasal jarion, es azok kivantatik az eő Kegielmetnek, es Kegielme alath teneő vitezinek szolgalatia, s' forgolodasa ugi visellie mindenekben magat Kegielme, hogi az Magyaroknak jo hireketh, neveketh az idegen Nemzetek eleőtis - - es ekesethe, es hazaiahoz valo szeretetith azzalis megh mutassa. Kit mind urunk eő Feőlseőge, es minikis eő Kegielmetül kedvessen vehessunk. Actum in arce nostra Sempte, die 9. Maji, anno 1620.

Grof *Thurzo Ztanislo.* m. p.

XXI.

Edictum ad Equites Bethlenianos.

Bethlenius reprehendit suos equites, quod auxilio foederatis, nisi, accepto prius stipendio, se ituros negarent: rapinis, et aliis in Hungaria maleficiis committendis, se, et Principem suum infament; monet, ut ab his desistant, et fideliter, ac strenue militent. Quod si fiat, veniam praeteritorum, et stipendia; secus graues poenas exspectent. d. 17. Maii 1620.

Generosis, Egregiis, et Strenuis Capitaneis, ductoribus vniuersis, mille equitibus stipendia nostra sub supremo Capitaneatu Generosi Ioannis Bornemisza merentibus cet.

Gabriel Dei Gratia regnorum Hungariae, et Transsiluaniae Princeps cet. Nem kevves busulassal valo czindalkozasunk vagion az ti nagi embertelen vakmerösegteken ertvven, hogi altal nem akartatok menni az mi confoederatus atyankfiainak segitsegeőkre külőmben, hanem hogi ti nektek megh fizessenek, s' eőt, hatt forintat adjanak eleőre: mert ideghen Orszagban mentek; ha megh nem adnak pedigh fizetésteketh, ti oda mennetek, a' hol fizetest adnak. Azt remenlieők vala feleőletek, hogy im-

mar valaha megh beczeőllietek magatokat, es erkölczeőteöket megh jobbecsiatok, es hogy tiőis megh gondolliatok azt, hogi ez mostani allapattiaban niomorult hazzanknak, ha harom, negy holnapigh nem fizetnenek-is, latvan Orszagnak miattatok reötenetes pusztassagath, fizetetlenis szolgalnatok egy ideig, azzal hívseges szereteteketh megh mutattiatok nemzetetekhez; de a' mint bizoniosson ertiűk, azonak vadtok, kik az eleöt seőt naponkent eöreögbetitek, magatok feleöl valo undok gialazatos hireteketh, es azzal minden Orszagunkath idegenititek magatoktol, ugi hogy senki ne kivannia ezutan az ti szolgalatotokath, hanem inkab oltalmazzak magokat minden rendek teőlletek, nem keőlémben mint az tüzteől.

Mert bizoniara nem segetsegere vagion az Orszagtoknak az tiő szolgalatotok, hanem pusztulasara, romlasara; mert az termeszet szerinth valo ellensegh sem rontotta Magiar Orszagot inkab tinallatoknal, rakvak leven minden nevel megh nevezhetendeő Istentelensegel, melliekert ha eleteteket megh nem jobbettiatok, lehetetlen dologh, hogy az Felseges Istennek rettenetes biőnteteő ostorat ell kereőlhessetek, mert a' holl fell mentetekis, az szegenseget iszoniu Kegetlenseggel dultatok, foztottatok, Szent Egihazakat feől teőrtetek, fertelmes paraznasagokath czieleleőeődet sok keözeöletek,

egi penzt nem keőlteteket, mindeneőt penz nelhűl eltetek, mostan immar egi kis Szolgalalat levven eleöttetek mingiart saczolattiatok Uratokat, mely mereő aroltatassan valo ok adas teőlletek; eze az embersegh, eze az hívseges szolgalat, eze az Istennesen valo eleth? bezzeg nem ez illien tanulsagall bocziatottunk volt ell mi titeketh.

Nem illik igaz vitezleő rendhez ez illien maga viseles: de azt kerdgieők teölletek, micsoda leölky ismerettel meritek az fizetest kerny, megh penigh feniegetessell, partiőtesre valo ut nitassall, holl szolgaltatok az Orszagnak az ellensegh ellen, holl eltetek pinzen, mert ugi Kerhetnetek meltan fizetesteket, ha igazan pinzen elnetek, semit annelkűl el nem vennetek; megh ugis ha latnatok az nagi fogiatkozast, nem keöllene mingiarth igj zugolodnatok, es embertelen feniegetesell elnetek, hanem nagj emberseggell keveset varakoznatok kellene; igj varhatnatok minden gratiankat feietekre. De ez illien szep intesekkell valo irasunknak veget veteönk; mert tudgink, hogi hazontalan, es nem fogh semit raitatok.

Annakokaerth hadgiuk, es igen serio paranczioliuk ti nektek feinkint, hogi ez illien nagi embertelensegnek beket hagiatok, magatokat igen megh beczöllietek, az sok Istentelensegnek vessetek vegeth, mi reank, es az

egesz Magyar Nemzetre gialazatott ne hozzatok, confoederatus Orszaghinknak szolgalliatok igaz hívseggel, az rettenetes dulasnak beket hadgiatok, Capitantoktoll, es utanna Hadnagitoktul halgassatok, az keözeönseges Szolgalatra valo paranczíolattioknak engedelmesek legietek, az Magyar vitez jo hiret nevet megh visellietek az mi Feiedelmi meltosagunkat mint az szemetek feniet eörizzetek, ellensegönk ellen vitezek, es ne oniasz emberek legietek, megh emlekezzetek arrol, hogi azon az undok eleteö kozak ellensegh miat, melj nagj gialazatot, es megh beczeőlhetlen kart vallot Magyar Orszag: az Feölseges Istent segitsegeöl hivan igiekeözzetek magatokrul azt az nagi gialazatott ell teőrleny, es azokon boszut allany, melfiet ha czielekesztek, es illien engedelmes szolgalatokath, Istennessen valo eleteteket megh ertieök, bizoniossan igerjeök az mi Fejedelemi Kegielmessegeönket; fizetestekis igy igazan megadatik.

De ha azon Istenteleneöl való dulasban foglalliatok magatokath, mint eddigh, s' azonban az szolgalattoll az szeöksegnek ideien gialazatoson magatokath hatra vonszatok, bizoniosson eztis ell hidgietek, hogi fizetestek igj megh nem adatik, beőt halallal beöntettieök megh az ollianokat, valakik okat adnak arra. Eddigh valo dulastokath mi ell szenvedgyieők, noha bizoniara negi ho penzt'is megh halad az tiö pénz

nelkeől valo éléstek, mind az altall ha ezutan ugi viselietek magatokath, mint igaz vitez emberek, arrolis ell feletkezeőnk, es a' mi Fejedelmi gratiankban veszeőnk benneteketh. Ezeket akartunk Fejedelmi Kegielmessegeőnkbeől ti nektek intestekre iratunk, melliekhez hogj azutan feienkint magatokath alkalmaztassatok, meghis feietek, es tìsztessegtek veztese alat paranczìolliuk. Legietek egéssségben, es sereniek az igaz vitèzségben. Dat. in libera regiaque ciuitate Leuchouiensi, die 17. Maii, Anno 1620.

Gabriel m. p.

XXX.

Ad Fridericum Rheni Palatinum, et electum Bohemiae regem.

Bethlenius magnopere suadet, vt legationem, quam potest splendidam, Constantinopolim mittat, et quidem tempestiue, ne a Caesaris Legato praeueniatur. d. 1. Iunii, an. 1620. (*a*)

(a) Ex Biblioth. Caesarea Viennènsi.

Serenissimo Principi, ac Domino, Domino Friderico, Dei gratia regi Bohemiae, Comiti Palatino Rheni, S. R. Imperii Electori etc. Domino amico, compatri, et vicino charissimo. Serenissima regia Maiestas, Domine amice, compater, et vicine charissime! Nouisolium versus ad Comitia generalia huius regni, Cassouia iam iter aggredi volentes, Maiestatem Vestram regiam prius certiorem reddendam esse duximus, de reditu veredarii nostri, Constantinopolim nuperrime expediti, qui regni huius cursorem, eique nomine DD. confoederatorum, adhuc in nouissima Posoniensi Dieta, per Illustrissimum D. Comitem ab *Hohenloe* adiunctum itineris socium, optato cum responso ex fulgida Porta dimissos, hac adhuc hebdomada appulsuros intimat. Internuncius itidem noster praeterito adhuc autumno, vir ex Nobilitate praecipuus, eo expeditus, iamque in reditu constitutus, intra paucorum dierum decursum etiam is optata quoque referens, exspectatur.

Iam id vnice, omniumque maxime requiritur, vt Vestra Maiestas sine ylla mora, periculum enim in re praesentissimum, Legatos ad nos, vna cum honorariis, condecenti apparatu, talique splendore, et apparatu eminentes, transmittat, vt sub primo hoc fulgidam Portam ingressu, tam celebrium regnorum, et prouinciarum decus, honorem, et

aesti-

aestimationem repraesentantes, ne in minima quidem parte, defectu quopiam admisso, eandem obfuscent, aut purpuratorum animis scrupulum iniiciant, verum ita rite omnia administrent, vt splendor, decus, celebritasque regnorum, et prouinciarum confoederatarum illustrior reddi possit.

Rem vero hanc ideo censeremus, celerius perfici, ne Caesaris Legati, nostrates forte praeueniant, qui cum alioqui sagacissimi sint rerum suarum promotores, nullum non moturi sunt lapidem, impediendae nostrae legationis, estque vel hoc saltem nomine tanto minus cunctandum, omnisque procrastinatio sedulo, modisque omnibus praecauenda. Tametsi, vti certo quoque informamur, tantum quoque apud Portam obtentum sit, vt in diuersis locis diuersae remorae per ipsosmet Turcas Caesareanis destinentur, illisque artificiose tantisper in itinere detineantur, quoad isthaec confoederatorum legatio ipsam Portam attigerit, nihilominus incerto rerum, temporumque euentui negotium adeo arduum, totque, et tantorum regnorum salutem comprehendens, concredere minus consultum fuerit. Dignabitur itaque Maiestas Vestra regia, ita legationis huius maturare expeditionem, vt, qua fieri poterit vnquam, maiore celeritate ad nos perueniat. Reliqua, quae circa honorificam eiusdem adorna-

tionem videbuntur fore necessaria, nostrae curae, et industriae, dispositionique liberae commissa sumo. Nihil praetermittetur ex parte nostra eorum, quae ad ponderosi huius negotii commodam profectionem, et ornamenti, et emolumenti videntur afferre plurimum. Seruet Deus optimus, Maximus Maiestatem vestram regiam diutissime sospitem, et gloriose regnantem. Cassouiae calendis Iunii Stylo nouo, 1620.

Serenitatis Vestrae

Frater, et compater
studiosissimus Gabriel.

XXXI.

Ad Caesaream Maiestatem.

Turcae in seruanda pace vacillant: Bethlenii, et eius sociorum fraudes Constantinopoli adhibitae deteguntur: bellum, subornante Hollandorum Legato, in Poloniam, et Hungariam, vt traducatur, constitutum. d. 6. Iunii 1620.

Euer kaiserl. Majestät zwey allergnädigste vom 11. Dezemb. nächstverflossenen 1619. Jahrs, und 6ten Martii jüngsthin habe ich den 23. passato, bey

dem Mehemet Cellibi, so gleichwohl 50 Tag von dem Bassa zu Ofen aufgehalten worden, mit aller-unterthänig schuldigster reverenz empfangen, und keineswegs unterlassen, die allergnädigst mir anvertraute Credenzschreiben gebührender massen, wie auch die Nothdurft, laut beykommender Copia, in Türkisch, und Italienischer Sprach so münd- als schriftlich fürzubringen. Habe demnach in gebabter Audienz bey dem Obristen Vezir, und andern Fürnehmsten dieser Porten dieselbe noch fort- und allermassen Euer kaiserlichen Majestät ich unlängst bei eigenen durch Pohlen, und einem dupplicat durch Griechischweissenburg, wie auch leztlich bey einem andern meinem Diener Christophen Brunovicz in schuldigsten Gehorsam berichtet, vortheilhaft, uud tergouersirend befunden der allerunterthänigster Hoffnung, Euer kaiserl. Majestät werden aus solchen Schreiben allhierige Beschaffenheit mit mehrern allergnädigst vernommen, und diesen Leuten um so viel weniger zu trauen haben, um wie vielmehr noch immerdar zwischen ihnen, den Bethlen, und andern Euer kaiserl. Majestät Rebellen allerhand heimliche practiken continuiren. Immassen sein Bethlens eigen an diese Porten gethane Schreiben klar ausweisen, insonderheit aber das lezte vom 21. Februarii, dessen Copia Euer kaiserl. Majestät ich bereits gehorsamst überschickt, und zu besserer Sicherheit hiemit nochmahl beyschliessen, und gehorsamst erinnern sollen, daß ich das Original zu meinen Händen bekommen, und Euer Majestät zu meiner, be-

liebts Gott, glücklichen Hinauskunft, in schuldigster Unterthänigkeit zu übergeben willens, damit dieselbe sein Bethlens an die Porten übende Falschheiten augenscheinlich begreiffen, und immittelst derselben begegnen mögen.

Alldieweilen auch bei der Porten glaubwürdige Avisen einkommen, daß Ihr königl. Majestät in Pohlen sich zum denunzirten Krieg stark praepariren, dahero dann durch den Bethlen, und dem aus Walachey, mit Zuthun des Holländischen Bottschafters möglichsten angehalten wird, selbigen König zu diuertiren, und immittelst Ihme, und andern Euer kaiserlichen Majestät Rebellen Hilf zu geben, damit Euer kaiserl. Majestät, welches ihr ganzes Intent gedämpft, sie hernach desto weniger verhindert werden möchten, ist endlich die Sach so weit gelangt, daß man sich dieser Orte, in ein Tractation mit höchstgenannter königl. Majestät allhier anwesenden Internuntio einzulassen erklärt, so doch allein auf einen Betrug, und Vortl angesehen, und Euer kaiserliche Majestät wegen dieser machination sich wohl vorzusehen, und gleichfalls Ihr Majestät in Pohlen dero Vorhaben gnädigst zu erinnern haben werden ꝛc. Konstantinopel den 6. Juni 1620. *(a)*

(a) Inter eadem Acta Litt. Y. Y. Y. Y.

XXXII.

Ad
Fridericum electum Bohemiae regem.

Bethlenius Legatum se missurum significat, ex quo, responsi loco, quae necessaria sunt, intellecturus sit: cum eodem Legato adfuturum quoque Legatum Imperatoris Turcarum. (*a*) d. 16. Iunii 1620.

Serenissima regia Majestas! ad vtrasque vestrae M. quarum posteriores 23. Maii fuerunt emanatae, litteras, occasione ferente, prolixius, ac ita, vt negotiorum magnitudo postulat, responsuri, peculiarem ad eandem Legatum expediendum duximus, illustrem videlicet, ac Magnificum, *Marcum Corczel* Vaiuodam, qui crastina die, cum Legato Turcarum Imperatoris, ad vestram regiam M. Byzancio expeditus, a quibus tam de Legatorum ad Portam Ottomanicam expediendorum, quam aliis rerum, curarumque circumstantiis, vberiorem ex mente mea informationem acceptura est, ac experimentum habitura, me in omnibus exspectationi, et amori vestrae M. regiae sincere, ac constanter correspondere velle, quam diu florentem, ac semper de hostibus feliciter trium-

(*a*) Exstat in Biblioth. Caes. Viennensi.

phantem, ex animo viuere, valereque desidero. Dat. Nouizolii, die 16. Iunii 1620.

Eiusdem M. vestrae

Frater, vicinus, et compater studiosissimus
Gabriel.

XXXIII.

Ad
Bethlenium Principem Transsiluaniae.

Resolutio Friderici regis, Stephano Kovacsoczyo, Bethlenii Secretario data, et ad eundem perferenda. (a) d. 4. Iulii 1620.

Serenissimus, ac potentissimus Princeps, ac Dominus, Dominus Fridericus rex Bohemiae, benigne intellexit, quae Serenissimi Principis ac Domini, Domini Gabrielis, Principis Hungariae, et Transsiluaniae Ablegatus Stephanus Kovácsoczyus, nomine suae Serenitatis, coram, regiae illius Maiestati proposuit.

Ac principio salutem, cum amicorum officiorum oblatione, a Serenissimo Principe,

(a) Exstat in Biblioth. Caes. Viennensi.

regiae illius Maiestati nunciatam, gratissimo accepit animo. Et cum exinde de sincere Serenitatis eius in se affectu, et propensione abunde confirmetur, tum Serenissimum Principem certum esse iubet, regiam illius Maiestatem sua etiam ex parte, istam cum bono Deo tam feliciter coeptam correspondentiam, constanter sartam, tectamque seruaturam, et continuaturam, mutua vicissim amicitiae officia, vbicunque res, et occasio id tulerit, Serenitati eius praestare promtissimam.

Non minus gratum est regiae illius Maiestati, placuisse Serenissimo Principi, hunc Ablegatum suum Celsissimi, et potentissimi Turcarum Imperatoris Legato adiungere, qui Summa dexteritate, fide, et solertia, mandata serenissimi Principis expediuit. Vnde regia M. Serenissimi Principis ardentem zelum, sincerum studium, et amorem erga regiam ipsius personam, et regnum, ac prouincias eiusdem, nec non bonum publicum, conseruationem, ac propugnationem religionis euangelicae, iterum satis colligit, nec quidquam ambigit, Serenitatem eius in posterum semper sui similem futurum, ita parabit sibi Serenitas eius apud omnes, et vniuersam posteritatem aeternum nomen, et sacra regia M. in specie reciprocis beneuolentiae studiis erga Serenissimum Principem id demereri enitetur, nihilque magis sibi

sibi curae esse volet, quam vtriusque regni, Hungariae, et Bohemiae cum omnibus confoederatis, salutem, et incrementum.

Quod vero rem ipsam attinet, cura singulari, ad propositionis, seruato ordine, puncta, regia Maiestas ita se resoluit.

Etsi ex allegatis Illustrissimi Ducis Bauariae nihil aliud coniici possit, quam quod regiae Maiestati, hoc rerum Bohemicarum statu, parum fauoris, securitatisque a praedicto Duce exspectandum sit, idque vel ideo maxime, quod non sine graui comminatione, resignatio, et cessio regni, a regia eius Maiestate postulata fuerit. Verum enim vero, cum regia eius Maiestas, postulatum illud, pro aequa pacis conditione agnoscere neutiquam possit, sed inter extremissima extrema reputet, ideoque nullius a Domo Austriaca pacis obtinendae spes sit reliqua, nullo iure Maiestati eius vitio verti poterit, quod loco, virgula diuina, sibi destinato, et legitime aquisita regni, et prouinciarum istarum possessione, suo, ac Augustae Domus suae, summo cum opprobrio, ac ignominia cedere, eoque pacto, in vllam prorsus tractationem descendere nequeat, fiduciam omnem in Deo reponens, ipsum ius regiae eius Maiestatis propugnaturum, et viam, ac modum aduersus omnem vim hostium, eam conseruandi, facillime reperturum.

Sed si alia minus ingrata media regiae Maiestati fuissent oblata, quae nullum ei parerent praeiudicium, auide ea audisset, et regium suum zelum, ac propensionem ad pacem, cruentique illius belli, et promanantis inde prouinciarum vastationis ingens odium reapse omnibus probasset, quem animum multoties declarauit, ita, vt hic in regia eius Maiestate nihil desiderari potuerit. Quia, si etamnum iustae, et aequae conditiones pacis regiae eius Maiestati proponantur, constituit eas non respuere, et consilium Serennissimi Principis sequi, ita, vt vigore confoederationis, se obligatum agnoscat.

De proscriptione, siue banno Imperii, cuius in Secundo articulo propositionis fit mentio, res ita habet, non quod quasi quatuor Electores Sententiam regi misissent, ac promulgassent, nec enim id ipsis competit, sed, cum iidem, et Ludouicus Landgrauius Hassiae Darmstadiensis, cum Mandatario Bauari, mense Maii, Műlhusii conuenissent, dederunt ad regem litteras, quibus regia M. ad regni, et prouinciarum possessionis abdicationem, ac cessionem Caesari, monetur cum indignatione, nisi id fiat, ipsos Caesarem, ad eius petitionem, debito auxilio, in recuperandis iisdem prouinciis, non deserturos.

Sed quod ad Caesarem, publicauit is quidem Edicta, quibus quasi bannum interminatur, et rigidum illum processum aduersus regem Bohemiae. Verum neque illi hoc licet. Siquidem constitutiones Imperii id non concedunt, nec vllus Romanorum Imperator contra vllum ex Statibus Imperii, ne minimum quidem, et infimum, qui ordinariam, et legitimam cognitionem non subterfugit, et citatus, iudicio se sistere paratus est, causa non cognita, statim a comminatione banni, et executione ordiendi processus potestatem habet quin imo tenetur ex praescripto dictarum Constitutionum, et Capitulationis suae, ordinem iuris obseruare, et legibus Imperii subesse. Praeterea, rex, tamquam Comes Palatinus, et Elector Imperii, nihil in Caesarem, vel Statum vllum Imperii deliquit, quod proscriptionem mereatur. Vnde ansam acceperunt vniti Principes, cum proxime Vlmae congregati essent, perscribendi ad Caesarem, et ipsi intimandi, illos processum istum pro nullo, et supra memoratis Imperii constitutionibus inconueniente, habere, nec vllatenus approbare posse, aut velle, verum regiae eius Maiestatis prouincias defendere, et tutari obstrictos esse.

Est quippe in recenti adhuc memoria, quod cum a morte postremi Ducis Iuliacensis, contra Principes, qui possessionem illarum pro-

uinciarum apprehenderunt, bannum publicatum fuisset, nihilominus aduersus illud ad licita iuris media, maxime ad beneficium appellationis fuerit recursum, atque ita processus ille banni, tamquam irritus euanuerit, et ad executionem non peruenerit. Imo, in praesenti controuersia, regiae eius Maiestati non lis cum Caesare, tamquam Caesare, sed tamquam Archiduce Austriae, qui Successionem, et ius haereditarium in regnum Bohemiae, incorporatasque prouincias praetendit. Sero quoque hoc perpendi debet, eiusmodi processus vsurpari non posse aduersus eos, qui nec Caesari, nec Camerae Imperiali subsunt, quemadmodum regia eius Maiestas, tamquam rex Bohemiae non subest, nec vllam iurisdictionem Caesaris agnoscit, vt nec praedecessores eius, reges Bohemiae agnouerunt. Ex quibus omnibus euidenter concluditur, talem processum aduersus regiam eius Maiestatem nullo fundamento stabiliri posse.

Deinde fatetur regia Maiestas, et notorium est, magnos Principes non nunquam plus fiduciae in armis, quam in iure, ponere solere. Idcirco constituit, se defendere, et confidit in bonitate causae, quam, Deo sibi propitio, feliciter finiendam sperat. Neque diffitetur, cum potente sibi aduersario rem esse, et stare a partibus Austriacis quam plurimos, sunt tamen

nihilominus vires Domus Austriacae dispersae, et quotidie variis in locis multi defectus occurrunt, et difficultates, ita, vt iis adhuc coniunctis animis, et viribus mascule resisti possit. Amicos suos necessarios, et in se quam optime affectos, non necessarium putat, et superuacaneum, regia eius Maiestas nominatim enumerare. Gratias agit Deo, quod praecipui quique Monarchae, Electores, Principes, et Status, in, et extra Imperium, ipsi bene velint, qui Maiestati eius Coronam regni non inuident, eam honorant, titulum regium ei tribuunt, et animum suum in Maiestatem eius propensissimum quotidie magis attestantur.

Et quamquam potentissimus magnae Britanniae rex, certis de causis, quae in secreto adhuc sunt, rebus Bohemicis se hactenus expresse non immiscuerit, nec erga Domum Austriacam aperte declarauerit, certus tamen est Serenissimus rex Bohemiae, nihil illic in sui perniciem, et detrimentum fieri, cum vulgo constet, quae, et quanta auxilia, tum quae pecuniarum, tum quae militum inde regiae eius Maiestati subministretur. Et ante paucos dies, ter mille selectissimi milites Anglici, et Scotici huc aduenerunt, et breui ad quinque mille pedites, pro defensione regiae Maiestatis, et haereditariarum prouinciarum subsecuturi sunt.

E Dania pollicetur sibi regia M. optima quaequae. Rex quippe Daniae, regiae eius Maiestati, pro mutua necessitudine, et confidenti hactenus animorum coniunctione gratulatus est, et fauoris sui luculentum indicium fecit, atque auxilia non temnenda offert. Cum rege Sueciae, Dei beneficio, regiae Maiestati bene conuenit. Quod item rex Sueciae, missis non nullis insignibus regiae eius Maiestati tormentis bellicis, cum pertinentibus ad ea necessariis, suís nauibus, ad limites Electoratus Brandenburgici, satis probauit, et speratur etiam inde plus adhuc auxilii. Quid hactenus liberarum confoederatarum Belgicarum prouinciarum Ordines, hoc rerum Bohemicarum statu praestiterint, est haud dubie eius Serenitati notum.

Hansaticae Imperii ciuitates, operam, et opem regiae Maiestati offerunt. Respublica quoque Veneta regiae Maiestati fauet, mox post coronationem ipsi solennissime gratulata est, et magnam spem fecit. Nec in minori aestimio regia eius M. est apud Rempublicam Heluetiorum, Rhaetorum, et Geneuensium, et omnes summos, et imos reformatae religioni in Gallia addictos. Palam quoque est, quanta intercedat regiae eius Maiestati fere cum omnibus euangelicis Statibus Imperii coniun-

ctio. Et habent vniti Status, quorum caput, et director est regia Maiestas, cum inferiore circulo Saxoniae singularia pacta, quoad reciproca auxilia; in quem finem etiam non nulla membra eiusdem, puta Brunsuicensis, et alii paratum habent militem. Electori Brandenburgico est regia eius M. sanguine iuncta, Quod sibi porro regia M. de vnione promittere possit, est in procliui, siquidem haec erga ipsum Caesarem, vt supra dictum, scripto se declarauit, regiam M. si haereditariae eius prouinciae contra ius infestentur, se non deserturam. Eius, quem nunc habet, exercitus sunt 18000 exercitatorum militum, et inter eos quatuor mille selecti equites Germani, absque milite domestico, quem quisque ex Statibus vnitis in suo territorio in promtu habet exercitatum, item et bene armatum. Hae itaque vires, si coniunctae fuerint, spes est, hostem diu deliberaturum, hunccine, an illum adoriri, et territorio ipsius eiicere valeat.

Cum Duce Lotharingiae respondet regia eius Maiestas; atque is tantum exercitum in Ducatu suo, praesto non habet, vt eam ex suo territorio educere, et in alienum inducere possit. Nec dubitat regia M. Serenissima magnae Britanniae regis dehortationem istis locis non nihil ponderis habituram.

Quoad Electorem Saxoniae, habet is quidem militum sex millia; at hucusque in occulto, cui fini exercitus iste alatur. Verum quia Status superioris Saxoniae circuli maximam partem contributiones suas retinent, nam in propriis territoriis militem legerunt, et dictas contributiones eo conferunt, in quibus Elector Saxoniae spem suam posuit, eaque spe dictum exercitum conscripsit, existimatur, graue futurum Electori, vt diu exercitum illum sustineat, vel aliquid insigne, in hoc regnum, et alias prouincias tentet. Quod si eueniat, vt ab ea parte regnum infestetur, constituerunt fideles Status regiae Maiestatis, omnes in vniuersum hosti fortiter resistere, quem in finem etiam praeter equitatum domesticum, decimus quisque, et quintus, pedes paratus esse iussus est. Regia tamen M. sibi persuadere non potest, vt Saxo non adeo magno cum exercitu, territorio suo excessurus sit, et illud apertum relicturus, vbi successu temporis, compensationem illatorum damnorum quaeri necesse est.

Quod regem Poloniae attinet, intellexit regia M. Status illius regni nolle, vt in fraudem veterum pactorum, et foederum, hostiles in Bohemiam, et incorporatas prouincias irruptiones continuentur, atque illud nuper et publico edicto in regno prohibitum esse dicitur. Nihilominus in finibus Morauiae, et Sile-

siae, aduersus eiusmodi inuasiones parata sunt remedia, per quae putat regia M. Cosacorum latrocinia facile posse coerceri.

In Hispanicis Belgicis prouinciis extraordinarie magnum exercitum conscribi, audiuit regia M. sed adhuc incertum est, in quem finem. Belgae contra intenti sunt in omnes Spinolae machinationes, et augent etiam ipsi suum exercitum. Censet igitur regia M. Hispanicum illum militem non ita facile ex illis prouinciis in superiorem Germaniam educendum, et Maiestatis eius ad Rhenum, territorium irruptum iri. Quod vero nuper copiae illae ex Belgicis Hispanicis prouinciis, per Alsatiam, et eo loco Rhenum transierint, non potuerunt vniti Status Imperii id commode prohibere, cum non habuerint exercitum suum coniunctum, sed partem eius ad Rhenum, partem ad Danubium, atque ita satis longe ab inuicem separatum, miles quoque ille continuo per Austriacorum, et aliorum vicinorum Pontificiorum statuum ditiones, iter suum instituerit, nec excedit numerus eius, septem millia hominum. Spargitur etiam, quod minuatur in dies, et profugiat, cum videt in Bohemiam se duci.

Quoad exercitum regni Bohemiae, et incorporatarum prouinciarum, significat eius Serenitati, Bohemos vndecies mille pedites, praeter mille quingentos equites, Morauos quinquies

mille

mille pedites, et bis mille sexcentos equites, Silesios sexies mille pedites, et ter mille equites, atque ita in Summa decies mille, et centum equites, et peditum viginti duo millia sustentare. Praeterea alit regia M. septem millia peditum, quorum pars ante paucos demum dies in castra missa est, et mille equites, maximam partem cataphractos, in vsus regni huius, et prouinciarum, proprio stipendio, qui omnes exercitati, et bene armati sunt. Confidit, Deo duce, tanto cum exercitu, tuto posse hosti obuiam iri. E quibus copiis faciet regia Maiestas, vt Generali exercitus, seu Duci, in castris perpetuo adsint quindecim millia peditum, et septem millia equitum.

Non fuit quoque ingrata regiae M. Serenissimi Principis sincera admonitio, et cohortatio, ad promouendam ad Portam Otomanicam legationem. Coniicit enim inde solicitum Serenitatis eius affectum in confoederata regna, et prouincias. Quo nomine merito, Serenissimo Principi ingentes debentur ab omnibus gratiae. Cum autem iam dudum Legatus harum prouinciarum ad modo memoratam Portam hinc discesserit, et dubio procul iam in Hungariam, ad eius Serenitatem, et inclytos Status, Nouizolium peruenerit, atque vtrosque conuenienter salutauerit, nunc quoque ex monitu Serenissimi Principis, singuli ex singulis pro-

uinciis, illi adiungentur ablegati, prout id iam ad Serenitatem perscriptum est, non est dubium Serenitati eius, etiam in ea parte satisfactum iri.

Adeoque animaduertit regia M. in vniuerso hoc negotio summum Serenissimi Principis zelum, nulli labori, nec sumtibus parcentis in promouendo hoc tam salutari, et summe necessario opere, ac fecit in eo Serenitas eius rem Heroe, et Christiano Principe dignam, cum oblata sibi amplissima munera, et promissa, non nescius haud dubie, quid sub talibus suspectis, et splendidis pollicitationibus latere soleat, respuit, et Status regni Hungariae in deuotione erga confoederatos continuit. Quo nomine regia M. cum suis prouinciis plurimum se obligatam Serenitati eius agnoscit, datura operam, vt tam insignia officia, quauis occasione, via, et modo, debita gratitudine, pro virili compensare possit, amice iuxta orans, vt, si quid in hoc arduo, et graui negotio, non tanto, quanto debuit, cum zelo, et furore gestum est, ne id Serenissimus vlli oscitantiae, aut desidiae imputet, cum pro sua summa sapientia, facile coniicere possit, quanta, et quam immensa moles, ac sumtus regnum hoc, et prouincias, hoc continuo bello presserint, atque inde non pauca impedimenta, et difficultates, maxime initio, Statui huius Maiestatis,

atque regimini eius obstent, quo maxime omnia, et singula quidem, ita, vt deberent, et necessitas postularet, tam breui temporis spacio, sine mora, comparari, formari, et institui possint.

Ad haec potest ad calculum demonstrari, solum regnum Bohemiae vltra tres milliones iam expendisse, si non plus, non certe minus insumserunt ceterae incorporatae prouinciae, vt silentio praetereantur regiae eius Maiestatis impensae de proprio, et prouinciis eius haereditariis, quae ingentem Summam conficiunt. Nam tota res tormentaria cum requisitis ad eam pertinentibus, quam ex haereditariis suis prouinciis huc aduehi curauit, vltra ducenta millia Thalerorum hactenus ipsi constat. Insuper alit apud vnitos, et in defensionem suarum haereditariarum prouinciarum, proprio sumtu aliquot millia militum.

Consideratis itaque omnibus his circumstantiis, et tam grauibus impedimentis, ac difficultatibus, facile Serenitas eius, tamquam summa rerum experientia, et sapientia Princeps iudicabit, num D. Comiti Turzoni, in proximis eius postulatis, vt regia quidem M. optasset, plane satisfieri potuerit, atque adeo iustae excusationi locum dabit. Nihilominus, vt Serenissimo Principi constare possit, regiam M. communi saluti nihil non postponere, nec quid-

quam ei tam charum esse, quod conseruationi boni publici, et restituendaè regnis, et prouinciis hisce confoederatis, honestae, et tutae paci impendere nolit, ad requisitionem amicam Serenitatis eius centum mille florenos intra paucos dies, regia M. manibus Serenitatis eius assignari faciet. Ad festum diui Michaelis iterum centies mille florenos a Bohemis, Silesiis, et Lusatis numerando, computata in eis summa illa, ak iisdem prouinciis, Serenitati eusdem nuper promissa, quae ad festum diui Georgii anni subsequentis 1621. persoluenda erit, et ad festum natiuitatis Christi, anni praesentis, tertio centies mille florenos, a Statibus huius regni, et omnibus incorporatis prouinciis contribuendos. Certe sibi regia eius M. pollicetur, Serenissimum Principem hac regiae Maiestatis, et prouinciarum ei subiectarum, in tantis difficultatibus, (beneuolentia) abunde contentum fore, et facturum porro, vt iuncto quam citissime suo, cum nostro exercitu, hostem, cum Dei auxilio, adoriatur fortiter, prosternat gloriose, et sibi nobiscum, ac omnibus confoederatis prouinciis, adeoque vniuersae rei publicae Christianae, pacem reparet optatam.

Quod attinet ad necessariam, et confidentem correspondentiam, inter Serenitatem eius, et Generalem exercitus regiae Maiestatis Ducem, Principem Anhaltinum, nouit regia M. eius di-

lectionem eo vehementer esse inclinatam, vt consiliis Serenissimi Principis, quantum fieri poterit, se conformet, et quoad bonam cointelligentiam nihil in se desiderari patiatur, monebit tamen etiam regia M. ea de re eius dilectionem.

Quod vero Caesar tot splendida munera Constantinopolim, et aliorsum, transmiserit, facile regia M. credit, cum sciat, non e Fisco, siue prouinciis Caesaris, sed ex Italia, et Hispania, illa proficisci, quae in regno Bohemiae, et incorporatis prouinciis, per continua bella exhaustis, in parato non reperiuntur, conferunt nihilominus liberaliter, quantum possunt.

Spem etiam habet regia M. inclytos Status regni Hungariae, laudatissimum Serenitatis eius exemplum secuturos, et salutem patriae talibus suspectis, et perniciosis promissis, ac oblatis muneribus, quo suam ipsorum ruinam, et excidium caueant, constanter praelaturos, nec vlla ratione diuersum quid sibi persuaderi passuros, quo per hoc vnicum vinculum confoederatae, et vnanimis coniunctionis, haec tam praestantia regna, et prouinciae pristino flori restitui, incrementum capere, et in tuto positae, mutua pace frui, se defendere, et tutari possint.

Non negat equidem regia M. Domum Austriacam habere multos potentissimos socios,

non potest tamen in animum suum inducere, vt eam solam ob causam Status Hungaricos a sua magnanima resolutione esse recessuros arbitretur, cum plus, quam satis constet, quomoda eadem Domus aeque Hungaros, ac Bohemos, et reliquas prouincias hactenus tractauerit, circa illos singularia pacta haereditaria inuicem erexerit, vnum, et alterum statum vtriusque regni, et aliarum prouinciarum, tamquam vulgares rusticos, aliis compensandos, permutare, et cedere, adeoque haereditarios, et proprios reddere praesumserit.

Nunc itaque,vt inclyta Hungarica natio animata sit, suas tanto labore aquisitas libertates prostituere, et immanne iugum Domus Austriacae vicissim subire, non putat regia eius M. quin omnino sibi persuadet, ipsam, salutem suam pluris aestimaturos, et cum confoederatis omnibus prouinciis perduraturos, adeoque, vt bene et laudabiliter coeperunt, hanc communem causam constanti concordia feliciter ad finem perducturos. Qua in regia M. Deo volente, cum fidelibus statibus suis, et subditis id omnino factura est, quod confoederatio requirit, et ipsa aequitas postulat.

Postremo, sparsi rumores illi de turbato hic Pragae religionis exercitio, quam veri sint, res ipsa testatur, et D. ablegatus, oculatus testis esse potest. Quo circa eos regia M. copiosi-

ore responso indignos iudicat. In aliis ditionibus regiis longe minus quidpiam huiusmodi occeptum est, nec Ducem Brigensem temere aliquid fecisse, regia M. censet. Atque haec sunt, quae ad postulata Serenissimi Principis, regia M. Ablegato Serenitatis eius respondenda duxit, quem fauore suo regio prosequens, felicissimum ad serenitatem eius reditum ipsi precatur. Pragae, 4. Iulii, anno Domini 1620.

XXXIV.

Ad eundem.

Fridericus, temporarius Bohemiae rex, rescribit Bethlenio, Legatum Turcicum a se auditum esse, suo autem Legato Constantinopolim mittendo, adiungendos esse ex confoederatis prouinciis socios, cum muneribus. Ex Biblioth. Caesarea Vien. d. 20. Iul. 1620.

Ablegatum Serenitatis vestrae, (a) Generosum *Stephanum Kouáczoczy*, aulae Serenitatis vestrae supremum Secretarium, altero statim,

(a) Iam ante conuentum Neosoliensem priuato factiosorum consilio, rex Hungariae electus quidem, sed in ipso conuentu, mense Augusto, palam declaratus erat.

ab aduentu ipsius, die, cum Legato Turcico, benigne audiuimus, et, cum ex litteris Serenitatis vestrae, per ipsum nobis redditis, tum ex ipsius vberiori relatione, quae Serenitas vestra a nobis postulet, intelleximus. Dabimus operam, vt quam primum pro magnitudine rerum propositarum, quae accuratissimam requirunt deliberationem, nos, quam commodissime fieri potest, et praesens necessitas exigit, resoluamus, et serenitati vestrae, nostram in bonum publicum propensionem, et zelum abunde testatum faciamus.

Ceterum, quandoquidem Serenitas vestra omnino necessarium existimat, vt Legatio Turcic , nostro, regni, et prouinciarum incorporatarum, et confoederatarum nomine, instituta, maiori Legatorum numero constet, ex consilio Serenitatis vestrae, promouendi boni publici causa, vt supremi Officiarii regni Bohemiae nomine, ordinent Legato nostro, Generoso *Ioanni a Kölln*, mandatis, et numeribus satis splendidis, a nobis instructo, remoram non faciente, ex iis, quos Nouizolium ad Comitia amandarunt, vnum adiungant, effecimus, atque id ceteris quoque incorporatis, et confoederatis prouinciis insinuauimus; quas, speramus, exemplum Bohemorum libenter secuturas.

Destinati itaque eam ad rem e praedictis prouinciis, singularibus credentionalibus instruuntur, sed munera indistincte omnes offerent. Neque enim praesentium temporum difficultas, confoederatorum absentia permittit, vt res nunc aliter institui, et ex singulis prouinciis Legati solennes cum maiori pompa mitti possint. Porro summae prudentiae, et dispositioni Serenitatis vestrae id totum committentes, eandem Dei potentissimi tutelae, ac patrocinio commendamus, et rei publicae Christianae bono diu prosperrime florere, perennare, animitus exoptamus. Dat. e regia nostrà Pragae, die 8. Iulii, anno Christi 1620. regni vero nostri Bohemiae primo.

P. S. Fama ad nos perlata est, non nullos ex Hungaris, praecipue *Batthianium*, et *Serényium*, exercitum Casaereum, commeatu plurimum iuuare. Amice itaque rogamus, vt Serenitas vestra id in posterum penitus prohibeat, et omnibus suis seuere interdicat. (a)

(a) Exstat in Biblioth. Caes. Vienneesi.

XXXV.

Ad Ioannem Bornemisza.

Bethlenius ei rescribit, se tum ex eius epistola, tum ex iis, qui captiuos Cozacos adduxissent, de victoria suorum cognouisse, et de ea gralulari. Stipendium quale, et vnde percepturi sint, docet: se eiusdem, et Mocronii memorem fore, ac propediem Neosolio abiturum significat; denique frequentiores ab eo litteras, et diligentem exercitus curam postulat. die 20. Aug. 1620. Ex Antogr.

Gabriel Dei gratia regnorum Hungariae, et Transsiluaniae Princeps cet. Generoso Ioanni Bornemisza de Abbos, exercitus nostri confoederatis in auxilium missi Capitaneo cet.

Mind az Kegielmed levelebeől, melliet az Kozak rabokkal egieőt megh hoztak minekeőnk, mind penigh azoknak relatiojokboll, kik vélek egieőt ide érkeztenek, megh értetteők az Kegielmetek szerencsés viadalmat, kyn nem kewessé eőrvendezvén, halakat adunk az Ur Istennek, kévanvan, hogj eő Zent Felsege ennek utannais sok jo szerencsekkel latogasson megh benneteket. Az mi az vitezleő rendnek fizetését illeti, a feleől, mint ennek eleőtteis megh ir-

tuk volt kegielmednek, az Cheh Kyralj feő keővetivel *Plesseus* urammall ugj vegezteők, hogj az mely penzt ighertenek ide -- azt fogiak az vitezek fizetésére administralni. Most penigh megh hadtuk *Vamai Illiesnek*, hogj az mely penz vagion nala, abbol adgion egj hoo penzt az vetézeknek, es igj gondoliuk, hogj az fizetes dolgáboll gondviseleseők utan fogiatkozas nem essik. Ha penigh valami kicsin teőrtenekbeől, mivel eőkis nehezen tehetik szeret az pénznek, egj nehaninap, mint egj niolczig vagj tizigh, elmulnék, in eo casu kegielmetek szep szoval az vitézeket tartvan, azzal biztathatia eőket, hogj az ellnem vesz tellieségesen teőleők, az my azzal elmulik. Rendelteők annak feleőtte eőtt hétre egj egj havat, mellire igazan megh leszen fizetesek. Mert Országhul végezték azt, hogi anni hétre szamlaltassek a hoo szám, mely vegezeseőnk szerént az itt fogatatos vitézleő rendnekis egy arant fizeseőnk, kynek feő Urak, ugy mint *Thurzo Stanislo*, Groff *Thurzo Imre*, *Zechy György*, es *Rakoczy György* Uraimek feő Capitany lesznek, azoknak mind az szerént rendelteteőt az hoo szám.

Tovabba az magha szemeliereől nem akarunk feledekensegben lenni, hanem meg mutatiuk fejedelmi gratiankatt Kegielmedhez, abban semmit se ketelkeődgiek. Mochoninakis megh mondhattia my szónkall, hogj Isten eősz-

ve jutatvan benneinket, eőtet sem hadgiuk joszagh nélkűl. My itt sokat nem késeőnk, hanem, ha eleőb nem is, de eőted nap megh indulunk innen. Minket giakran az oda valo dolgokrul levelivel ertegessen, es mindenekben szorgalmatos vigiazasban, gondviselésben visellie az hadak dolgat. Bene valeat. Datum Nouizolii die 20. Augusti, anno Domini 1620.

GABRIEL m. p.

XXXVI.

Diploma inaugurationale.

Quo Factiosi partes Bethlenii *amplexi*, *abrogata Ferdinando dignitate regia*, *Bethlenium certis conditionibus adstrictum*, *Hungariae regem renunciant*. d. 25. Aug. 1620. Ex Artographo. (a)

Nos *Gabriel*, Dei gratia regnorum Hungariae, Transsiuaniaeque Princeps, et Siculorum Comes cet. (b) Memoriae commendamus -- quod, cum Status, et Ordines Baronum, Ma-

(a) Apud Katona *Hist. crit.* Tom. XI. ordine XXX. p. 464.

(b) Veritus se ante coronationem regem appellare.

gnatum, et Nobilium, nec non liberarum Ciuitatum, incliti istius regni Hungariae anno proxime praeterito, in Dieta ipsorum generali, in liberam, ac regiam Ciuitatem Posoniensem, per illustrissimum D. Comitem, Sigismundum Forgách de Ghimes ad Diem Martini episcopi Confessoris, ex officio, auctoritateque sua Palatinali, legitime indicta, post certis, et necessariis, vrgentissimisque de causis, regis tum ipsorum, Ferdinandi II. Romanorum Imperatoris reiectionem, et ab officio regiminis penitus amotionem, nos pro restauratione libertatis, patriarumque legum, multis modis labefactatarum, redintegratione, loco ipsius, tanquam vindicem, et assertorem libertatis eorum, ex mera, vetustissima, et absoluta sua libertate, penes quos videlicet ius eligendi nouum regem ab antiquo existeret, iuxta antiquam consuetudinem eorum semper obseruatam, paribus notis, et vnanimi consensu, sponte, ac libere, riteque in regem, ac dominum ipsorum eligere, proclamare, inuocatoque Numinis auxilio, feliciterque coronare, promtos, paratosque declarauerint, certasque ea de causa conditiones, et articulos, demisse nobis ibidem praesentauerint. Interea vero cum praefata M. Caesarea in spem pacis obtinendae, ac reconciliationis erecti, et inducias temporales, et aliam Dietam generalem voto communi in liberam, regiam,

montanam ciuitatem Neosoliensem, ad Dominicam *Exaudi*, diem videlicet mensis Maii vltimum, indixissemus, et promulgassemus, ibique magna tam sumtuum, quam temporis iactura, cum Legatis, et Commissariis suae Maiestatis, eiusdem in pacis reconciliationisque studio, laborem frustra expendissemus, tractatu ipso ad XXIII. Augusti prolongato, spe pacis omni propemodum, per Commissarios suae Serenitatis abscissa, eodemque, quo Posonii steterat, regni statu recurrente, Status, et Ordines incliti regni Hungariae, conditiones, et articulos, iam antea nobis exhibitos, itidem solicitare coeperunt, demisse instantes, vt nos, eosdem articulos, et singula in iis contenta, rata, grata, et accepta habentes, nostrum illis consensum pariter et assensum praebentes, benigne acceptare, et confirmare, atque tam nos ipsi obseruare, quam per alios quorum interest, obseruari facere dignaremur. Quorum quidem articulorum tenor sequitur in hunc modum.

Serenissime Princeps, domine, domine noster clementissime! Receptum est antiqua, et laudabili consuetudine, obseruatione regni huius Hungariae, vt, quotiescunque Principes, in reges Hungariae eliguntur, certae, et et ad stabiliendas regnicolarumque libertates, necessariae conditiones, salubriter propositae, ab eisdem non tantum acceptarentur, sed etiam

sancte confirmarentur. Quod laudabile institutum, et antiquitus obseruata consuetudo cum ex aliis multis, generalis Decreti locis, tum ex historiis etiam, et incliti huius regni annalibus, satis abunde constare potest. Cumprimis vero luculenter, et euidenter probant articuli D. Andreae regis Hungariae, in Decreto suo, anno 1222. edito, in quos, et quorum obseruationem diui olim Hungariae reges, coronationis, et inaugurationis ipsorum tempore, iurare semper consueuerunt. Sic Albertus, Wladislaus, reges Hungariae, antequam in regem electi fuissent, conditiones sibi a fidelibus regni descriptas, acceptauerunt, acceptatasque confirmauerunt, et assecuratione firmissima de obseruandis constitutionibus, et conditionibus, Albertus quidem sub bona fide, Wladislaus vero sub verbo regio, ac fide sua Christiana, et sub honore acceptarunt.

Sed, ne longius abeamus, recens satis, et laudabile habemus exemplum in Sacratissimo, et potentissimo Principe, Domino Mathia II. Dei gratia, electo Imp. Romanorum, et Germaniae, Hungariae, Bohemiae, cet. rege beatae recordationis Domino Domino nostro Clementissimo, qui in praefacione articulorum anni 1608. recognoscit, Maiestatem suam articulos Viennenses prius complanasse, et cum fidelibus regnicolis in bonum Ordinem redegisse, quam in regem Hungariae electa fuerit. Hinc

factum, vt fideles regnicolae articulos, ante coronationem suae Maiestatis Sacratissimae editos, separatim specificarent, tandemque reliquos articulos dietales subiungerent. Ac licet viuente adhuc sua Maiestate Imperatoria, Serenissimum Principem Ferdinandum, Archiducem Austriae, in suum similiter regem, quamuis inuiti, mirisque artibus ad id inducti, vti id ex scripto eorundem publico clarius patebit, elegissent, electum more solito coronassent, eius insuper Maiestati certas similiter conditiones, partim ante regiminis sui ingressum, partim post eundem effectuandas, prius exhibuissent, sufficienterque super earum obseruatione, et effectuatione assecurati fuissent, cum tamen citra spem, et opinionem, aut meritum suum, contra specialem prius assecurationem, in singulas fere condiciones manifeste impingere, eundem animaduerterent, tantumque abesse sentirent, quin eas obseruare, et effectuare vellet, vt libertatibus publicis, auitisque immunitatibus, qua circa spiritualia, qua in secularibus subinde maius, ac maius periculum ex minus dextra regiminis ipsius administratione, immineret, et procrearetur, ne eas penitus amitterent, in restaurationem, restitutionem, et recuperationem earum, consulto tandem, et necessario Serenitatis vestrae, tamquam ex sanguine suo progenitae, ideoque patria-

rum

rum legum, et libertatum assertoris, praesentissimum auxilium, et patrocinium implorare coacti fuerant.

Cuius quidem Serenitatis vestrae erga se, piae, ac promtae affectionis, atque hucusque sincere declaratae animi propensionis immemores esse nolentes, praefati incliti Status, et Ordines debitam rursus gratitudinis testificationem, Serenitati vestrae se se exhibituros, alacriter repromittunt. Quae cum ita sint, exemplaque diuorum Andreae, Alberti, Wladislai, et aliorum regni Hungariae regum, satis clare ostendant, quod electionem praecesserint conditiones, earumque confirmatio, fideles Status, et Ordines regni, certo confidunt, sibique pollicentur, Serenitatem vestram, laudabili olim diuorum regum Hungariae more, et exemplo, infra scriptas conditiones, adhuc ante electionem suam benigne acceptaturam, confirmaturam, sufficientibusque suis assecurationibus roboraturam. Conditiones autem sunt haec:

I. Quod vniuersas regni libertates, immunitates, priuilegia, statuta, iura, et consuetudines, simul et conclusionem Tractatus Viennensis, nec non ante, et post coronationem diui quondam Mathiae II. Imp. in annis 1608. et 1609. articulos editos, exceptis vniuersis, et singulis articulis statum Cleri Romano-Catholici, et bona eorundem, item Ordinem

Iesuitarum concernentibus, quos status, et Ordines penitus cassarent, abolerent, et annihilarent, sicuti etiam passim in generalibus constitutionibus regni sancitos -- in omnibus suis punctis, clausulis, articulis, sua Serenitas firmiter, et sancte obseruabit, per aliosque omnes inuiolabiliter obseruari faciet, et in quibus hactenus per quosque turbati, praescriptaeque libertates labefactatae sunt, in eis, iuxta Wladislai, et Andreae regum decreta, eosdem in integrum restituet.

II. Quod religionis negotium inter Status, et Ordines regni, Augustanam, Helueticam, et Romano-Catholicam, confessiones amplectentes, in suis, ac Fisci bonis, item in confiniis quoque regni Hungariae, propter regni tranquilliorem permansionem, maneat liberum, illesum, et illibatum, ita videlicet, vt religionis exercitium tam Baronibus, Magnatibus, et Nobilibus, quam liberis etiam, et montanis ciuitatibus, vniuersisque Statibus, et Ordinibus regni, in suis, ac Fisci bonis, item confiniis regni Hungariae, nec non oppidis, villis, illud sponte, ac libere acceptare volentibus, vna cum templis, sepultura, vsuque campanarum vbique liberum relinquatur, nec quisquam, cuiuscunque status, et conditionis existens, in libero eiusdem vsu, ac exercitio religionis, vti etiam templis, sepultura, et campanarum vsu,

a serenitate sua, et aliis quibusuis dominis terrestribus quouis modo, aut quouis sub praetextu, turbetur, et impediatur.

III. Quod vniuersa grauamina vniuersorum statuum, et Ordinum regni, quaecunque successu temporis sub regimine suae Serenitatis emerserint, ea in singulis Dietis, quas sua serenitas successiuis temporibus pro commodo, et necessitate, quo saepius fieri poterit, ita, vt terminum triennii non excedat, publicare, et celebrare dignabitur, sub eadem Dieta, ante alios omnes tractatus, tollet omnino, et effectuabit, nec teneantur regnicolae ad propositionum tractatus condescendere prius, quam grauamina omnino, sublata fuerint.

IV. Quod, quando de rebus, et negotiis regni Hungariae, aut partium ei subiectarum agetur, ea per natiuos Hungaros tractare, et consultare dignabitur, neque sine praescitu, et consensu consiliariorum regni, et imprimis quidem D. Palatini, negotia regnum Hungariae concernentia concludet, tractabit, aut determinabit.

V. Officia Baronatus, et aliarum dignitatum, ac praeeminentiae regni, qualiacunque illa fuerint, et cuiuscunque gradus, tam inter-

nae, quam externae gubernationis, ea omnia, absque discretione religionis, personis de patria bene meritis, virtute probatissimis, inter quos primum respectum, primamque rationem, ex antiqua familia, et prosapia ortis habendo, iuxta scilicet talium officiorum gradus, et dignitatem, suum cuique debitum, locum, ac honorem impertiendo, ex Consilii Hungarici, et imprimis quidem regni Hungariae Palatini praescitu, ac consensu conferet, distribuetque; nec vacare eadem, vlla ratione patietur.

VI. Quod pro iustititae administratione, sine qua regna consistere non possunt, secundum laudabilem, et Deo gratam in celebrandis iudiciis antiquam regni consuetudinem anni 1609. art. 70. obseruari faciet, et iuxta eundem articulum, tam in Tabula regia, quam appellationibus, sine discretione religionis iudices fiant, neque status, et Ordines regni, mandatis extra terminos iudiciorum, coram iudicibus regni ordinariis, vel deputatis, iuri stare, vel ad productionem priuilegiorum cogere, executionesque legitimas, nec per se impediet, nec per suos Officiales impediri patietur. Similiter etiam illegitima iudicia, et illegitimas executiones fieri non admittet. (a)

(a) Allegantur hic pro iudiciorum Octaualium celebratione art. 70. an. 1609. item pro iuribus praerogatiuae Nobilitaris Trip. P. 1. Tit. 9. Ferdinandi

VII. Quod in Palatini electione, eiusdemque auctoritate, consueto salario, per D. Thesaurarium exsoluendo, iurisdictione, et officio, iuxta articulos Viennensis pacificationis ad tertium, item ante coronationem editum an. 1608. art. 11. et an. 1613. art. 7. Ferdinandi regis anni 1555. art. 1. circa finem, modum Serenitas sua obseruatura est, formamque iuramenti per status, et Ordines denuo Palatino, et Consiliariis exhibitam, acceptatura, et vt omnes supremi partium regni, et confiniorum quoque Capitanei suae Serenitati, et regno, imo etiam Consiliarii sint iuramento obstricti, et post suam Serenitatem, a Palatino habeant dependentiam. Liceat autem D. Palatino, etiam sua Serenitate in regno existente, bona ad coronam regni quocunque iure, ac titulo deuoluta, personis bene meritis vsque ad numerum 32. colonorum, donare, et conferre. De Banatu etiam, quae in eodem art. 11. anni 1608. continentur, similiter etiam de Valachis, anni 1604. art. 14. anni 1608. art. 9. et an. 1613. art. 39, effectuabit.

regis 1546. art. 30. et art. 11. pacificationis Viennensis, ne mandatis regiis processus iuris turbetur. Mathiae I. 1471. art. 12. Maximiliani an. 1566. art. 25. Mathiae II. 1613. art. 34. ne expediantur mandata illegitima. Ferdinandi an. 1563. art. 80. et Mathiae II. 1608. art. 6.

VIII. Quandoquidem salus, et permansio non modo afflictae huius patriae, tamquam clypei, et antemuralis, sed aliorum quoque vicinorum regnorum, et prouinciarum, ex bona, et secura confiniorum prouisione dependeat, Serenitas sua iuxta art. 21. anni 1608. ante coronationem, et art. 32. anni 1609. paterne confiniis prouidere dignabitur. Externa autem subsidia, in fortificationem confiniorum, et exolutionem militum stipendiariorum subministrata, in proprium, aut aulae suae familiarium vsum conuertere, vti antehac factum exstitit, non patietur, sed ea per peculiares Commissarios, in necessitatem confiniorum erogari faciet.

IX. Quod liberas montanas ciuitates in earum antiquis libertatibus, priuilegiis, a diuis quondam Hungariae regibus, collatis, et concessis, immunitatibus item, iuribus, et consuetudinibus manutenebit, et conseruabit, per aliosque conseruari faciet, neque taxas insolitas, et minus assuetas eisdem imponet, atque imponi faciet. In quibus autem libertatibus, et priuilegiis hactenus quouis modo perturbatae fuissent, easdem in integrum benigne restituere dignabitur.

X. Quod coronam regni ex regno Hungariae nulla ex causa, vel quaesito colore, nulla etiam industria vel arte Serenitas sua aufferet, aut aufferri curabit, sed quod iuxta veterem

consuetudinem, ac libertatem ipsorum regnicolarum, per certas de eorum medio, vnanimiter ad hoc delectas, et deputatas seculares vtriusque religionis personas, quae post coronationem regiae Maiestati, et regno iuramento obstrictae sint, in regno, et loco, per regnicolas conseruabitur.

XI. Quod metas regni Hungariae, et partium ei subiectarum, quouis modo, vel praetextu, non abalienabit, imo differentias ratione metarum, cum Polonis, Silesiis, Morauis, et Austriacis, nec non Styris, Carinthis, et Transsiluania, et partibus illi adnexis, ortas, ac vigentes, omni studio, ac ope sua Serenitas componet, determinabit, et recuperabit.

XII. Quod confoederationes cum regno Bohemiae, Marchionatu Morauiae, et vtriusque Lusatiae, Ducatuque Silesiae, ac vtroque Ducatu Austriae, nec non Transsiluania nouiter renouatas, obseruabit, et per suos obseruari faciet, iuxta articulos, et puncta confoederationum.

XIII. Quae de pace regni publica conseruanda, et bello non mouendo, extraneoque milite non inducendo, art. 2. Mathiae II. in anno 1608. sancita fuerunt, ea sua Serenitas, sedatis praesentis belli motibus, inuiolabiliter obseruabit, et per alios quosuis obseruari faciet.

XIV. Quod arces Pernstein, Kobeltdorf, Gins, Frankenstein, Eisenstat, ac Hornstein, per Austriacos, in praeiudicium regni Hungariae hactenus, qualitercunque tentas, et possessas, nec non castrum Lublyo, et XIII, oppida scepusiensia, ac Podolnitz, prae manibus Polonorum existentia sua Serenitas, omni conatu, et studio recuperare, et regno Hungariae incorporare adnitetur.

XV. Bona per defectum Seminis, aut alio quouis iure, et titulo ad coronam regni deuoluta, personis bene meritis, et natiuis regni Hungariae, gratis, et non pro pecuniis, conferet, et donabit. Bona vero, quae ab antiquo peculium coronae fuerunt, et, quae nunc denuo pro peculio coronae, per regnicolas deputabuntur, et conscribentur, ea nemini sub quouis praetextu, et colore conferet, donabit, vendet, inscribet, aut abalienabit, abalienata autem recuperare studebit, iuxta art. 5. anni 1608. ante coronationem, et coronae applicabit. Bona autem talia, quae pro necessitate regni ex bonis Ecclesiasticis, exceptis praemissis pro peculio Coronae deputandis, quae, vt praemissum est, vendi, et abalienari non debebunt, oppignoranda erunt, ea sine praescitu, et consensu Palatini, et Consiliariorum, non oppignoratorum autem summam tollet, et in vsus,

ac necessitates regni, praesertim necessitates confiniorum erogabit.

XVI. Prouentus fodinarum, et Tricesimarum, nec non taxarum liberarum Ciuitatum, vti et qui ex bonis ad peculium Coronae spectantibus, prouenerint, item alios quoscunque, et qualescunque, quocunque nomine vocitatos, tam ex bonis Ecclesiasticis, quam aliis omnibus reditibus regiis, regni, et coronae prouenientes, nec non *Dicam* quoque ipsam, per D. Thesaurarium, libere sua Serenitas administrari faciat, ita tamen, vt ante omnia, necessitati confiniorum, et militum confinialium, ex quibus salus, et permansio, tam suae Serenitatis, quam regni vnice dependet, prospiciatur, et prouideatur.

XVII. Quod omnes articulos, et conclusiones Dietales, quas regnicolae, siue pro praesenti tempore, siue in futuris Dietis, successiuis temporibus, pro ipsorum commodo, et publica permansione statuent, et conscribent, confirmabit, et acceptare dignabitur, absque omni diminutione, augmentatione, et transpositione.

XVIII. Quod liberos Haidones in priuilegiis, et libertatibus eorum conseruare dignabitur, ita tamen, vt iidem quoque Haidones, instar reliquorum regnicolarum, pro defensione, et necessitate regni contribuere, insurgere, et legibus regni, iurisdictionique Comitatuum, in

quibus residentias suas habent, parere, subiectique esse debeant.

XIX. Atque hae sunt conditiones, quas sua Serenitas ante electionem suam acceptare, sufficientibusque suis litteris assecuratoriis confirmare, post coronationem vero suam, tempore suscepti regiminis, generalibus articulis inseri, ac publicare dignabitur, iuramentoque se se ad eadem praestanda obstringet. Si vero praesentes conditiones sua Serenitas siue in toto, siue in parte praestare, aut confirmare recusaret, ex tunc in eo casu, iuxta praemissum diui condam Andreae regis Decretum, regnicolae ab omni fidelitatis homagio absoluti esse, resistendique, et contradicendi plenariam, atque omnimodam potestatis facultatem habeant, et auctoritatem.

Nos itaque praedicta statuum, et Ordinum incliti regni Hungariae, et partium ei subiectarum demissa petitione clementer admissa, pro benigna animi nostri propensione, ipsisque gratificandi studio, velut qui sumus ex sanguine ipsorum progeniti, et naturae ipsius ductu, legum patriarum, et libertatum amantissimi, praeinsertos vniuersos articulos, ac omnia, et singula in eis contenta, rata, grata, et accepta habentes, eisdem consensum nostrum pariter et assensum beneuolum praebuimus, et illos singulos, et quaeuis in eis contenta, acceptaui-

mns, approbauimus, ratificauimus, et confirmauimus, promittentes, et assecurantes Status et Ordines in verbo nostro Principali, ac fide bona Christiana, quod praemissa omnia tam nos ipsi, regiminis nostri tempore, sancte obseruabimus, quam per alios fideles subditos nostros, cuiuscunque status, et conditionis existant, obseruari faciemus. — In cuius fidem, et testimonium litteras has manu propria subscripsimus, et sigilli nostri impressione muniri iussimus. Dat. in libera, et regia montana ciuitate Neosoliensi, die 25. Augusti, anno Domini 1620. (a)

GABRIEL.

Simon Pechi Cancellarius.

(a) Quinto post die, iam regio titulo vsus, postulato factiosorum, publicato decreto, in 52. articulos redegit. Articulo 8. statuitur, vt bona Ecclesiastica, saltem *maiora*, et *potiora*, in publicos regni vsus connectantur, et partim peculium Coronae ex his fiat, partim tuendis Confiniis deseruiant, reliqua autem bona Ecclesiastica vniuersa, quaecunque, qualiacunque, et cuiuscunque generis intra ambitum regni fuerint, a scenico rege inscribi, et impignorari possint. Atque hoc modo regni immunitates, libertates, iura, priuilegia, et approbatas antiquas consuetudines, integras conseruari posse statuerunt. Artic. 24. *Pazmanum*, velut motuum horum auctorem, hostem patriae

XXXVII.

Pacta

Gabrielis Bethlenii cum Porta Ottomannica circa finem Augusti an. 1620. *inita. Ex autographo Turcico in latinum traducta.* (a)

Hungariae, Bohemiae, et ceterorum adhaerentium regnorum Principales, qualiter renouant suum Athname cum potentissimo Imperatore, talibus viginti quinque punctis aggrediuntur. Actum circa finem Augusti, anno 1030. a Mahomete.

Primo, in superioribus temporibus cum beatae memoriae *Ahmed Sultan* ad 20. annos perdurans pax concludebatur ratione Imperii Hungarici, quare ab vtraque parte Athname dabatur, modo denuo tum ex Hungarorum, ac etiam cum Hungaris se se vnientium, ac foedus pangentium regnorum, regum, Principum, ac Procerum vnanimi consensu, talis pax pangitur, quae non tantum vnam aetatem huma-

declarant, et proscribunt; caussas exilii ex interceptis eiusdem litteris repetunt, quas ipsi factiosi confinxerant, itaque adornarunt, vt facile intercipi possent.

(a) Apogr. ex M SS. Heuenessianis.

nam excedat, verum per omnia secula obseruetur, donec mundus perdurabit, eousque videlicet, donec alterutra pars, palam, ac euidentissime non violauerit.

2. Christianorum in hac pace comprehendentium, primum, et ante omnia, cum rege Serenissimo *Gabriele Bethlen*, inseruntur Hungari Nobiles, Sclaui ac Croatae, vna cum suis regnis, et omnes populi ibi inhabitantes, a minimo ad maius. Similiter Germaniam, ac Bohemiam, vna cum rege Serenissimo *Friderico*, regnisque ab illo dependentibus, superiori, ac inferiori Austria, Morauia, superiori, ac inferiori Lusatia, et cum omnibus populis, ac nationibus, in iis habitantibus, Principibus, Ducibus, Baronibus, Capitaneis, Nobilibus, arcibus, vrbibus, populisque, eas incolentibus, modo praedeclarato, huic paci inserimus, intricamusque.

3. Vt haec nostra pax inita tam cum moderno, potentissimo Imperatore, quam subsecuturis Caesaribus, fundamentalior, ac firmior reddatur, Posonii cum specificatis regnis quam Ligam fecimus, tum eas, potentissimus Imperator in omnibus suis punctis intactas relinquat, iisque annuentiam praebeat.

4. Potentissimus Imperator, cum *Ferdinando* tamquam rege Hungariae habuit pacem, modo vero Hungaria alium sibi elegit regem,

quo respectu instamus humillime potentissimo Imperatori, amplius *Ferdinandum* pro rege Hungariae non agnoscat, neque ratione rerum Hungaricarum cum eo, aut Papa Romano, vel Proceribus ipsi adhaerentibus conferentiam agat, quemadmodum nobiscum, ita cum illis quoque, quicunque huic paci posthac incorporandi sunt, quoad bonam vicinitatem potentissimus Imperator hanc pacem dignetur in vigore obseruare. Si quis regum Christianorum Europaeorum, in gratiam *Ferdinandi* in rebus hanc pacem violabilibus, ad potentissimum Imperatorem confugeret, cum tali rege si foedus habeat potentissimus Imperator, conseruare potest, solum in gratiam, pacem nobiscum factam ne laedat, verum obseruet, ac defendat.

5. Si qui adhuc huic nostrae paci se ingerere voluerint, nos acceptamus, etiam potentissimi Imperatores, modo, ac deinceps tales adhibere teneantur.

6. Pax quoque in Situeiensibus (*Situatorokiensibus*) faucibus facta, punctatim intacta, ac inviolabilis maneat. Nam illam non solum per homines partibus Germanorum adhaerentes ad id deputatos, verum etiam per Proceres Hungarorum pepigerat beatae memoriae *Sultan Ahmeth* Imperator, ratione cuius, ex vtraque parte, data diplomata exstat. Illa pax cum Hungaris, ac Hungaria ad 20. annos ter-

minabatur, quibus annis nondum exspiratis, maiorem partem super eadem pace, vult Hungaria suam perennalem confoederationem fundare.

7. Talis qualis vilis causa, sanctam hanc pacem violare, ne sit sufficiens, seu ex qualibet parte excusant, tales, et similes independentes depraedatores, damnumque alicui parti illatores, hoc pacto tamen pax nullo modo violatur. Nam iuxta 5-um punctum pacis memoratae Situeiensis, propter tales particulares excursiones pax ne impediatur, statutum est, et interdictum, cum tali declaratione, quod si qui contumacia ducti continuarent interdictum hoc malum, tum ex quacunque parte comperiatur in leges pacis deliquens latro, prehendatur, ad carceres relegetur, et, comperta rei veritate, cuiusnam loci sit, super hac re officiales supremi moneantur, et negotio hoc secundum leges discusso, iuxta meritum delicti, poena ipsi irrogetur, damnum autem damnificato refundatur. In confinibus itinera ex vtraque parte custodiantur, depopulatoribus, plagiariis, ceterisque latronibus, nemo se ducem itineris praebere ausit, et si qui in hoc impegerint, morte plectantur, depopulati autem, ac bona direpta, restituantur.

8. Ad arces, et vrbes excurrere, multo magis expugnationem illarum minitari, nullo

modo permittitur, vna voce, neutra pars, vlla fraude vti in talibus ausit, depopulatores, feminas, ac pueros direptores, a neutra parte recipiantur, neque ipsis locus ad habitandum concedatur, tanquam publicis pacis turbatoribus.

9. Si extra hanc sanctam pacem, vel occasione huius dandum *Athname*, boni vel mali aliquid occurreret, propter quod potentissimus Imperator esset requirendus, fiat licitum, neque proiectetur, quod talium rerum non facta est mentio in dato Athname.

10. Neque vir, neque sexus femineus, a neutra parte depopuletur, aut venum exponatur, imo praeter sanam rationem ne detineatur quidem, si vero tales via illicita abalienati, alibi deprehendantur seu in arcibus, seu aliis locis, sine omni solutione libertati restituantur, ac insuper in bona securitate, patiens ad suum locum comitetur, patratores vero talium rerum comperti, modo praedeclarato, seuere puniantur.

11. A parte Imperatoris potentissimi Vezirio Budensi, quiscunque is tandem fuerit, talis autoritas plenaria concedatur, vt ceteri confiniorum Vezirii, ac Bassae ab illo dependeant. Simili modo a parte Christianitatis, non procul a *Buda* Ersekújvariensis Generalis Capitaneus, Sclauoniae, et Croatiae Bani, ceterique Generales

rales Capitanei, hinc et inde Danubii partes incolentes, talem habeant plenipotentiam, quod si ex aliqua, vel etiam ex vtraque parte aliquid, quod paci derogaret, occurreret, mutuo se intelligentes, et certiorantes, quo melius fieri poterit, sedant, et sopiant negotium. Quod si vero meritalis grauis, et obscura aliqua controuersia interueniret, quae per autoratos dirimi non possit, potentissimus Imperator, ac Rex Hungariae requiratur super hoc.

12. Moderni nostri Legati, suis rebus absoluendis, ac patriam repetentibus, potentissimus etiam Imperator, cum Hungariae, ac Bohemiae regibus, tum his appertinentium regnorum Principibus, propter bonam vicinitatem, in summo honore habendam, donis, Imperatoris maiestati competentibus, specialem Legatum expediat.

13. Post conclusam cum Imperatore potentissimo hanc sanctam pacem, vt hanc in perpetuum, vtriusque partis Imperium sancte videatur colere, illico statim tum specificati reges seorsim, tum etiam regna illis appertinentia, ac assensum praebentia, licet non specificetur, quid, quale, quantum, tamen Legatos, donis Caesaribus condignis ad Portam expediant, reciproce potentissimus Imperator ad eos, et hoc negotium, quibuslibet quinque annis ab vtraque parte continuetnr, et exequatur.

14. *Filis* (Fors Fűlek) *Somoskő*, *Hollokő*, *Divin*, *Nezko*, *Szechen*, *Gyarmat*, *Palank*, *Nograd*, et *Deregel*, arces vna cum pagis appertinentibus, a contributione Turcarum sunt absoluta, neque deinceps Turcis contribuent, et, quoniam de praesenti omnes illas nos manutenemus, nullius ordinis Turcae vbicunque illi sint, in illas, suas praetensiones habeant, quoniam omnes illas etiam pax Sitvensis, tam a subiectionibus, quam contributionibus immunes fecit. Simili modo, quicunque regi ab expugnatione arcis Agriensis, huic subiecti, ac tributarii fuerunt, illi posthac etiam in perpetuum in eodem statu relinquentur, sed praeter illos a ceterorum pagorum subiectione, vt Agrienses, ita etiam alii, abarcentur.

15. Sexaginta, circum *Strigonium*, siti pagi, qualiter contribuant, administratores ex vtraque parte, ad id deputati, quomodo disposuerunt, contributionesque limitarunt, in eo reliquuntur, ac ad seruitia non cogantur, iuxta qualificationem tunc temporis factam, quae sexaginta millia *Asperae* (a) ex his pagis in aerarium regni Hungariae administrata sunt, illud quoque continuandum ambarum partium consensu, in vigore relinquitur.

16. Regni Hungariae pagi tributarii, in triplici serie sunt constituti. Primi ordinis illi,

(a) Est species pecuniae Turcicae.

qui et contribuunt, et seruitia praestant. Secundi ordinis illi, qui solum contribuunt, eo videlicet, quia procul distant, vt hae duae formae pauperrimis accolis extremam desolationem ne minentur, nobis hoc bonum videtur, vt quicunque pagi contributioni sint subiecti, verum a tergo arcium Christianorum sunt positi, tum ergo illi contribuant solum, seruitia vero non praestent, simili modo pagi subiecti intra arces Turcicas, versus Turciam, Christianis saltem tributum pendant, seruitio non grauentur. Iam tales ciuitates, atque pagi signatim in numerum redigantur, quot, et quales sint. Duo autem scribantur Registra, vnum apud Christianos, alterum apud Turcas conseruetur. Pagi tributum neque seruitio aggrauati, vt et Ciuitates seorsim registrentur, quibus statim subiiciatur, quod hi tantum tributarii sint, non vero etiam seruitia facere teneantur. Eodem modo, qui tum contribuunt, tum seruitia praestant, etiam illi seiunctim scribantur, his etiam subnectantur qualitates, quae etiam forma ambabus partibus exhibeatur, et sic pagi, ac ciuitates propriis qualitatibus descripti, pluribus aliis nullo modo aggrauentur, verum tantum illud praestent, quantum defacto solent contribuere. Extra declaratos pagos, atque ciuitates, contributiones reliquorum pagorum, ac ciuitatum, occasione huius pacis, interdicuntur, et ambarum partium consensu,

supremi officiales huic rei bene inuigilent, ne locorum subiectorum contributiones, grauamina, ac supportantias locorum, et contributioni, et seruitio obnoxiorum, sub nullo praetextu augeant, vel multiplicent, talia patrantibus resistant. Aliquando tale quoque contingit negotium, quod quidam possessores ambarum partium, pro contributione a pauperrimis incolis, aliqui victum, aliqui ligna, pro aedificiis valentia, exigunt, iam vero, quia miserrimi incolae, non pro necessitate propria, neque lucri faciendi gratia, sed ex impositione cogitur vecturare, ergo a modo in posterum, a talibus curribus telonium vel tricesimam exigere, nemo praesumat.

17. In pagis tributariis modo habitantes, ac posthac inhabitationem suam continuantes Germani, tributo, vel decimis ne aggrauentur, aut cogantur, verum immunitentur. Ex molendinis, aut villis Germanorum nihil quidquam exigatur. Si vero tales Germani a parte Turcarum, contra hanc pacificationem, molestarentur, nullo pacto officialis supremus Turcicus ad talia medenda destinatus permittat, quin potius refractarios in stricta disciplina conseruet.

18. Posthac primores Turcarum excurrere, pluribus, vel paucioribus sibi adiunctis nullo modo attentent, contributiones ipsos concernentes, iudices pagorum administrent, ac as-

signent suis spaciis. Quod si iudices pagorum posthaberent, tribus vicibus praemoneantur super eo, quod quo tenentur suo tempore administrent, hoc pacto quoque, si negligerent, neque praestarent pensum, tum supremi generales officiales requirantur super eo, qui etiam seuere imponent, quod spaciis ipsorum, ordinarie, quo tenentur, administrent. His absolutis, si etiam amplius in sua contumacia perseuerarent tributarii, in hoc casu ad talia loca Bassae, ac Begi exmittere poterunt, et iudices vinctos inducere poterunt, et quo tenentur, per vim quoque extorquere poterunt, sic tamen, ne pauperem depopulentur, vel crucient.

19. Impossibile, quod ex ambabus partibus independentes ne deprehendantur, si non in multis in aliquibus saltem, qui non excederent. Si quando tales excessus audiuntur, ad eius inuestigationem menses quatuor concedantur, et qui patratum fecisse deprehenditur, iuxta leges puniatur.

20. In confinibus desolatorum pagorum, ac ciuitatum reaedificatio permittitur, habitatoresque inducere illis tali qualificatione conceditur, quod si tales aedificandi pagi, aut ciuitates in tali loco fuerint, quibus in vtraque parte tributum dependere oporteat, hoc modo neutra pars contrarietur, nam alibi quoque pagi ambabus partibus contribuunt.

21. Transsiluania iam a longo tempore Imperatoris potentissimi tributaria, iuxta ipsius antiquas leges, priuilegia, et liberam electionem, solet sibi Principem eligere, sic etiam fulgida Porta, Sceptri, Vexilli, aliorumque iuxta pristinum canonem, requisitorum collatione, eosdem confirmare consueuit, cum quo regno nos et vicinitatem habentes, ac eandem cum illis regionem fouentes, potentissimo Imperatori humillime instamus, tamquam pro fratribus, ex eadem gente nobiscum oriundis, vt secundum nobilissimum Athname, a beatae memoriae bellicosissimo Imperatorum Sultano Solymanno, ipsis concessum, si quidem post multa bella gesta regnum maxime ruinatum est, 10,000. ducatorum annuorum contributione, sit contentus potentissimus Imperator, ne cogantur pluribus aggrauari. Insuper iuxta antiquam liberam electionem, detur ipsis facultas, ex propria gente Principem eligendi. Postremo in omnibus priuilegiis, metis ac legibus, dignetur fulgida Porta ipsos confirmare.

22. Si e numero negotiatorum Imperii Turcici siue Christianus is fuerit, tamen huic confoederationi incorporatus, aliquod regnum, negotiationis causa vult petere, tum talis negotiator, si aliquod confinium transire ipsi liceat, a Bassa, Bego, ac Tricesimatore eiusdem loci testimoniales extrahat, quas, vbi primo ad Chri-

stianos ipsi deuentum foret, illico supremo arcis officiali, vel Tricesimatori exhibeat, ibidemque ab iisdem denuo testimoniales petat, quae etiam omnes sigillo roboratae sint vt ibi quoque recens sigillum impetrent, testimonialibusque imponendum, verum in regnis huic paci conclusis, pro sigilli appositione nihil expetant aut supremi officiales Capitanei, vel etiam Tricesimatores. In locis autem meticulosis, officiales arcis sufficientibus comitibus itineris, his adhibendo, vbique bona securitate comitentur, ita, vt neque in bonis, neque in personis, damnum aliquod cogantur luere. Telonia, ac Tricesimas iuxta antiquos canones reddendo, pluribus ne aggrauentur.

23. Similiter si Christianorum confoederatorum aliquis mercibus, vel paratis pecuniis, in Turciam transmeare voluerit, tum talis quoque, testimonialibus regis Hungariae, vel certo aliquo signo eiusdem ambulet, sine his si qui deprehenduntur, detineantur. Negotiatores autem in Imperio Christianorum, in ratione regis Hungariae ternis pecuniis in rationem hanc exigentium binis teneantur. Si quis negotiator ex regno Christianorum existens in Turcia decederet, in Porta *Capiaham* agens Hungarus, eius bona ad se recipiat, et secundum Registrum administret, vel mittat ad decedentis Successores, verique praetendentis manus. In talium

defunctorum Christianorum bona vero Imperatoris potentissimi officiales, regni Thesaurarii, aut Tricesimatores, praetensionem aliquam habere non praesumant, Christiani negotiatores suo loco, et tempore iuxta morem consuetum teloniis, ac Tricesimis redditis, pluribus aliis ne impediantur. Quod si in Christianos in Turcia defunctos, bonaque eorum immineret iusta aliqua paetensio, vt Iudices externi quoque, ad quatuor millia obolorum praetensionem decere (decernere) poterunt, sed dum 4000. Asperas praetensio excesserit, controuersia deferatur, ad regni Protonotarium, vbi ad hoc adhibito Capitihan regis Hungariae, in eiusdem praesentia negotium iuxta leges dirimatur.

24. Hac sancta pace, cum Imperatore roborata, si quando posthac a regibus Hungariae, ac Bohemiae, regnisque confoederatis, ad fulgidam Imperatoris Portam, vel confiniorum supremum aliquem Officialem, aut supremi Legati Postae, vel tabellarii, coguntur expedire, similiter etiam, si potentissimus Imperator, Vezirii, aut regi, aliique supremi officiales ad regis Hungariae, ac Bohemiae, ac alios his incorporatos supremos, ac vicelegatos, Postariosque miserint, ex ambabus partibus honorifice acceptentur, vbi in itineribus viatica ipsis administrando quisque in suo Imperio, ac vbi loca forent meticulosa, sufficientes comitiuas

ipsis praebeant, neque vllam remorandi ipsis dent occasionem, verum cum bona securitate comitentur, vsque quo legatione fungentur.

25. Christianorum templa, coenobia, ac omnia loca ad parochiam pertinentia sunt exemta, multo magis personae Ecclesiasticae ab omnibus contributionibus, ac exactionibus immunitantur.

XXXV.

Ad Guilelmum a Raupovv Friderici regis Cancellarium.

Emericus Thurzo, se cum copiis Bethlenyum proxime secuturum promittit: inuehitur in Saxoniae, et Bauariae Duces, quod Caesaris causam tueantur. Spondet, confoederatos victores de hostibus futuros. (a) Die 9. Sept. 1620.

Illustrissime Domine Frater, et amice obseruandissime, et summo cultu amoris prosequende. Litterae vestrae dominationis, 2. Septembris Pragae exaratae, hodie primum sunt mihi redditae hic in residentia mea Bitzensi, quae mihi, praeterquam quod ab animo amicissimo profectae, vel eo ipso gratissimae fuerunt, quod de statu vestro Bohemico plenaria instructione, me, iam iam in procinctu pene, secu-

(a) Exstat in Biblioth. Caes. Viennensi.

turus enim sum cum meis mille quingenti equitibus castra regiae Maiestatis, domini mei clementissimi, et hinc die veneris moturus, existentem ornauerunt. Faxo ego, vt nihil in mea desiderari possit fideli sinceritate. Omnia illa acta mihi transmissa in latinum sermonem translata, communicabo regiae Maiestati, quamprimum Tirnauiam venero, illic enim regia M. praestolabitur confluxum totius exercitus.

Ego sane non possum satis demirari temeritatem vt Saxonis, ita Bauari, qui non contenti violatione aureae Bullae, et confoederationis antiquissimae, quae intercedit domui Saxonicae cum Bohemica, Ipsum etiam ius sanguinis tam leui aestimare praesumat Bauarus, et ne hic quidem pedem figant, sed de virtute in virtutem gradatim descendendo, vitio calumniae famam domus suae vterque commaculare, et labe hac aspergere non erubescant.

Quid ipsis ambo iuris est in gentem liberam nostram, quid in regem Hungariae, (a) communibus votis, paribus suffragiis, iuxta antiquam consuetudinem, et libertatem semper obseruatam, per Status, et ordines regni Hungariae, ad quos scilicet ius eligendi noui

(a) Atqui nec Bauaro quidquam negotii, nec Saxoni, cum Hungaria fuit, sed Ferdinando regi ad recuperandam Bohemiam auxilio solum venere.

regis semper pertinuit, libere, riteque electum? scilicet pessimae gallinae ouum egregium, non erubuit nuper Doctor ille insulsissimus, ne dicam, stultissimus, in quodam Germanico scripto, Lipsiae typis mandato nostrum Serenissimum, mahumetanismi accusare. Iam nunc Serenissimum Electorem suum tam egregie arte architectoniae metiendo, et elaborate calumniando alios, se longe praestantiores, prudentiores, et meliores, nisi forte in arte bibendi et furendi, sibi cedentes. Viderint, quid faciant, dum alienam causam, propriam faciunt, caueant, ne postea in propriae causae defensione succumbant. Deus nobiscum, virtus profecto vnita vincet.

Placet mihi institutum vestrum, tam in defensione Bohemiae, et Lusatiae, tam per illustrissimum Principem Carnouiensem, amabilem illum Heroem, effectuandum, quam per Comites Turrianum, et Mondfeldium, Bauaro se se, forte et Saxones opponentibus, exantlandum. Pergite, pergite, ego omnem mouebo lapidem, vt omni cunctatione posthabita, rem ipsam, nuper Nouizolii per Legatum vestrum, et titulo, et re, virtuteque ipsa generosissimum D. de Pless, nobis sufficienter denunciatam aggrediamur. In nostra, certo mihi polliceor, sincerissima confoederatione munita amicitia, nihil desiderari patietur regia M. dominus noster

clementissimus. Idem nobis de vobis, et Serenissimo vestro quoque rege firmiter pollicemur. Deus incrementum faciet, dummodo vtrinque feliciter plantemus, rigemus, et communem hanc omnium nostrum causam, remota cunctatione, tueamur, defendamus, et protegamus.

Hic apud nos pro tempore omnia bellicis praeparatibus strepunt, ad arma vndique concurritur, lustrationes peraguntur, miles conscribitur. Breui videbit Illustrissima Dominatio vestra, quam egregie restinguentur faces, et fulmina Caesarea, per salutarem gentis Hungaricae auxiliatricem imbrem, praesertim postquam subolfecerit Imperator, orientalia quoque arma praenuntiatoria illius expeditionis anni futuri, si necessitas tum postulauerit, versus Canisam conglomerari, et in salutatione Carnioliae, Styriae, et Carinthiae, communicare nostris copiis egregie suam operam.

Sed sufficiant hae pro tempore. Ego manum de tabula, non ignarus, illustrissimum Baronem de Hodgieouia, de his omnibus plenarie informasse dominationem vestram. Deus vtrumque regem confoederatum, vna cum omnibus regnis, et prouinciis confoederatis, et incorporatis clementer regat, tueatur, defendat, vtque hic annus realiter sit ille, in quo

ferDInanDVs CaeDItVr a bInIs regIbVs. (a) pro paterna sua clementia concedat, vnice voueo. Data raptim in Museolo meo Bitzensi, 9. Septembris, 1620.

Illustrissimae dominationis. V.

amicissimus frater ad
Seruiendum paratissimus
C. Emericus Thurzo, Serenissimi
regis Hung. Consiliarius, et
certorum militum Dux.

XXXIX.

Ad Sigismundum Kornis, et Ioannem Bornemisza.

Bethlenius ab vtroque edoctus de angustiis foederatorum, reprehendit Principem Anhaltinum, quod neglectis innumeris suis monitionibus, cum hoste decertare non properasset ante, quam is copias suas auge-

(a) His D. a *Raupow* sua manu adiunxit in margine: *faxit Deus.* Sed has spes dies 8. Nouembris penitus difflauit. Fridericus memorabili praelio ad Pragam victus, primum in Silesiam, tum ad Electorem Brandenburgium, ac denique in Hollandiam fugere coactus fuit. Illud memoriae est praeditum, ipso proelii die, in Missa fuisse decantatum: *reddite quae sunt Caesaris Caesari, quae sunt Dei, Deo.*

ret, aut cum Bauaro coniungeretur; se foederatis tam cito, vt illi optant, adesse non posse: suadet vt Thurnium, et Mansfeldium Princeps ad se aduocet, interea autem, donec auxiliares ei submiserit, ab hostilitate abstineat. (*a*) die 17. Sept. 1620.

Magnifico, ac Generoso Sigismundo Kornis de Ruzka, et Ioanni Bornemisza de Abbos, certorum exercituum nostrorum, confoederatis in auxilium missorum, supremis Capitaneis cet. fidelibus sincere nobis dilectis.

Gabriel Dei gratia electus Hungariae, Dalmatiae, Croatiae, Sclauoniae cet. rex, Transsiluaniae Princeps, et Siculorum Comes cet. Magnifici cet. Megh hozak my nekűnk Kegielmetek levelet, melibűl megh szorult alapattiat az Confoederatusok Taboranak megh ertettük, és az mytűl eleitűl fogva feltünk, ugi veszűk eszűnkben, hogi szinten most kezd betelliesedni my raitunk: mert mi száma nelkűl sok szamtalan izben mind irasunk, mind izenetünk altal azon instaltunk az Herczeghnel, hogy az migh az ellenseg ereit megh teőbbitene, avagy Taborat szaporitvan az Bavarussal coniungalna magat, addigh lenne raita mindenkepen, es az

(*a*) Ex Antographo.

occasioval elven, megh vina vele. De nem fogada szonkat, es enni üdeőt heaban teőltvén cziak szemmel neztenek egi másra. Ezek imar igj leven, ertiűk aztis, hogi magunk szemeliet, és segitseget, eőt vagi hat nap allat kevaniatok oda, melj dologh olj lehetetlen az napnak cursussanak visza vonnitatasa. Mert itt nem sokad magunkall leven, hadainknak egik resze az Dunantul vagion; massik resze, meljhőz Isten utan leghinkab bizunk, ugi mint Redey Ferencz uram hada, az sem érkezet mégh megh; harmadik resze, melj Erdely birodalmunkbul kűldetetet, azis hatra vagio megh, es igj egj hertelen hogj hogj lehessen megh indulasunk, nem latiuk.

Dato, ha szinten itten Keszen volnanak minden hadaink, es ez may napon lenne megh indulassunk, bar Magiar modon mennekis akar melj sietve, de Znaimigh legh alab hatod napra nehezen erkezhetnenk. Szüksegh azert azt chielekednetek, seőtt az Herczeghnekis azt tanacsollia Kegielmetek, ha aránzana az ellensegell szemben valo viadalra elegsegtelennek magat, tehat addigh semmi harczot nekie ne adgion, hanem defensiue viselven ellene magat, hadait intacte igiekezek tartani. My ijel nappall minden hadainkat nagj szorgalmatossan eőzve szerőzletven, minden okvetettlen mentűl hamareb derek hadainkall megh segittiűk Kegielmeteket. Illjen tanacsotis attunk az Herczeghnek,

hogi beket hagivan az szomszed Orszagoknak mostani invadalasanak, Groff Turut, es Mansfeldet maga melleie kapczollia; hogi igj azzalis az haddall, es a mi segitsegűnkell mint egj tizenhatt ezerig megh teőbűlven Tabora szabadon harczul rea mehessüuk az ellenségre. Melj dolgot Kegielmetekis serio eleiben advan, ez my jo teczesűnkhőz accommodallia magat. Quibus de cetero regia nostra gratia benigne propensi manemus. Dat. in ciuitate nostra libera Tirnauiensi, die 17. Sept. Anno Domini 1620.

GABRIEL. m. p.

XL.

Ad Bohemos, Morauos, aliosque foederatos.

Bethlenius, ob infelix ad Pragam commissum proelium, quo Fridericus fusus, fugatusque est, Socios foederis consolatur, animat ad constantiam, promittit suppetias, modo ne ipsi sibi desint. (a) die 16. Nou. 1620.

In quantum dolorem, moeroremque, ob tristem, turbulentumque statum, depressam-

(a) Habetur in Londorpii bello Sexennali Francofurti 1623. pag. 329.

que

que cladem confoederati nostri Bohemici exercitus, inciderimus, id neque verbis, neque scriptis sufficienter exprimere possumus. Quoniam vero ista virga castigatoria, ob multifaria nostra peccata nobis a Deo ter optimo, maximo clementissime immissa fuerit, nostri est officii, vt iuxta expressum ipsius mandatum diuinum, cui non immerito per omnia obtemperare nos oportet, poenam illam non solummodo patienter feramus, verum etiam grato animo eandem agnoscamus, firma spe freti, misericordem Deum istam castigationem clementissime iterum mitigaturum, hostibus sui verbi froenum iniecturum, electis suis non maiora onera, quam ipsorum humeri sustinere poterunt, impositurum.

Ne autem in maiorem moestitiam incidamus, sed multo potius hilari animo, vnicuique nobis ad illud ipsum ansam, occasionemque praebenti, obuiam eamus, et clementissimo diuino auxilio confidamus, ad quod Sanctissima nostra confoederatio quemlibet serio exhortatur, idcirco praesentem nobilem, clarissimum, atque consultissimum virum, D. Zachariam *Starczerum*, iuris vtriusque Doctorem, omniumque Ordinum inferioris Austriae Consiliarium, et ad aulam nostram Delegatum, dilectum, atque fidelem nostrum ad vos cum instructione ablegauimus, vt vos omnes, et sin-

SIIS SIIS
SIIS SIIS

gulos ad meliorem spem, fiduciamque iterum excitaret, et simul neruose vobis reuocaret in memoriam, quod neque in prospero, vel infortunato rerum statu, nostrae confoederationis obliuisci debeamus, penes illud et hoc vobis inculcaret, ordinem equestrem, et militares huius regni copias, quas, auxiliante diuina gratia, in hodiernum vsque diem, tectas, sartasque conseruauimus, paratas esse, hosti quibuscunque modis obuiam procedere, quibus etiam absque vllo negotio non contemnendum numerum externarum militarium copiarum adiungere possemus, si sciremus, vobis communem salutem singulari zelo, curae, cordique fore. De hisce autem omnibus, et quae praeconcepta nostra sit intentio, vobis commemoratus D. *Stratzerus* oretenus copiosioribus, nostro nomine explicabit, cui plenariam vos fidem habituros, et tandem cum categorica responsione vestra, certos missuros, certo confidimus.

Ante omnia vero vos fideliter adhortamur, et rogamus, vt verae religionis ergo, spectata iam instabili fortuna, et difficillimis sumtibus hactenus multo sanguine confirmatis, etiam in posterum, vt veros Christianos decebit, constanter perseueretis, eandem defendatis, et spe exoptati exitus fulti, pro virili promoueatis, imo pro eadem conseruanda, extremam quoque sanguinis guttam profundatis, infallibilem spem

concipientes, iustissimum Deum ob iniquitates, et scelera sauciatum, nostra quoque vulnera, modo si vere resipuerimus, sanaturum, et acceptam tristitiam, sui ipsius gratia in constantem laetitiam commutaturum.

Celare praeterea vos neque possumus, neque volumus, nos exercitum nostrum limitibus Morauicis imposuisse, iisdemque Morauis ad alendum istum exercitum per litteras imposuisse, idque hoc potissimum fine, vt, si hostis forsitan aduersus Morauos aliquid molietur, coniunctis nostris viribus, in tempore eidem resisti possit. Quo melius autem hocce propositum, ad fortunatum, exoptatumque successum pertingat, vos omnes, et singulos maximopere rogamus, vt confoederatis nostris, Germanicis copiis iam omnino destitutis, ad minus Legionem, et mille equites cataphractos, auxilio mittere, ne dedignemini. Cumque firmam spem conceperimus, ingruens frigus hostibus obnoxium, nobis vero ad recipienda occupata loca maximo emolumento fore, idcirco optimum factu iudicamus, vt omnes nostras actiones, consilia, et intentiones in commune conferamus, et neutra pars absque alterius praescientia, et voluntate aliquid suscipiat, quo melius hocce nostrum propositum bene inchoari, commodius continuari, atque adeo ad exoptatum tandem finem perduci queat. Si igitur

huic nostrae sincere intentioni assentiri, vestramque opinionem, voluntatemque nobis rotunde aperire volueritis, nos principalis negotii emolumento, gloriae, atque incremento, nequaquam defuturi sumus. Vos omnes, et singulos clementissimae protectioni, atque tutelae diuinae, hisce peramice commendantes. Dabantur in vrbe nostra libera Pesinga, die 16. Nouembris anno Christi 1620.

GABRIEL.

XLI.

Edictum.

Ferdinandi II. quo Bethlenii electionem in regem Hnngariae, irritam, nullam, et Constitutionibus regni aduersam, declarat, friuolas factiosorum obiectiones refellit, et Acta conuentus Posoniensis, et Neosoliensis irritat (a) d. 10. Decemb. 1620.

Ferdinandus II. Dei gratia electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniae, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, et Sclauoniae rex cet. Vniuersis, et sin-

(a) Apud eundem Londorpium inter Acta publica T. 1. p. 1007.

gulis, qui se non indignos reddiderunt, gratiam nostram Caesaream, regiamque. Quam deplorandae seditionum, ac intestinorum motuum flammae, quae rapinae, caedes, vastitates, regnum nostrum Hungariae inundent, ac extremis calamitatibus inuoluant, notius est, quam vt longiori commemoratione refricandum videatur. Et licet non sine paterno commiserationis affectu, velut oculis subiectam spectemus squalidam, et afflictam charissimi nostri regni faciem, et extremas, quibus nunc premitur, miserias, quaeque eidem a potentissimi hostis vicinitate, haud dubie imminebunt, illud tamen coram Deo immortali, ac vniuerso, quam late patet, orbe Christiano, conscientiam nostram haud leuiter solatur, quod innocentiae nostrae testimonio securi simus, hisce tam luctuosis Patriae tempestatibus, ne leuissimam quidem nostra ex parte caussam, vel occasionem praebitam fuisse, ipsius quoque regni nostri Hungariae publico testimonio, publicis Comitiorum Decretis inserto, suffragante.

Nam imprimis ad ipsum regni Hungariae diadema, regiaeque Maiestatis fastigium, non vi, nec armis, aut legibus interdicto ambitu, quod non nulli a rebellibus nostris Bohemis, petito exemplo, sine fronte obiicere nobis audent, sed iusta, ordinaria, legitima ratione, ac via peruenimus, id, quod articulis Dietali-

bus anni 1618. tota contestata est Hungaria, quibus nos, iuxta antiquam consuetudinem, et libertatem eorundem semper obseruandam, paribus votis, vnanimique consensu, *in Dominum, et Regem ipsorum sibi elegisse*, proclamasse, inuocatoque demum Numinis Diuini auxilio, feliciter etiam coronasse, palam professi sunt, quod eorum testimonium adeo tenaciter Decretis regni inserere laborarunt Status Hungariae, occulto Dei disponente consilio, ne vllo sub praetextu legitimum dominium nostrum, in dubium vocari aliquando posset, vt ab optimae recordationis Imperatore Mathia, peculiari diplomate assecurationem vrserint, et impetrarint, quo reciperet supra memorata verba, nulla prorsus vocula commutata, legibus regni fore inserenda. Quam quidem publicam testificationem nostra Maiestas nullo modo persuasum habet, in animis maximae regnicolarum partis oblitum esse, vt non multo magis perpendat, optimum quemque, indignam hanc Patriae suae oppressionem, acerbissime ferre, plerosque tamen *Bethlenii* vi, eiusque assečlarum, quibus in nouis rebus spes est, oppressos, quae sentiant, proferre non audere.

Iam vero in ipsa regii muneris administratione, quam similiter praui quidam homines, vt praetextum aliquem rebellioni suae obtendere possent, vellicandam sibi sumserunt, ita

Dei benignitate, versati sumus, vt nemo omnium vel priuatim, vel publice queri possit, vlla ex parte leges patrias, ius, et aequum, per nos fuisse violatum. Quocirca posteaquam anno 1619. Imperator *Mathias* felicis reminiscentiae 20 Martii in fata concessisset, subito ad ordinandas res Hungariae animum serio applicuimus, regni Comitia ad festum SS. Trinitatis, quod in 26. Maii incidebat, publicauimus. Et quoniam ex lege Aureae Bullae inserta, citatos nos a Moguntino Electore ad Conuentum Electoralem Francofurtum adesse, creando Romanorum regi, Imperii rationes poscebant, Statuum vniuersorum comprobatione, Palatino Hungariae, *Sigismundo Forgács de Ghymes*, plenam ad celebranda nostro nomine Comitia, facultatem elargiti sumus, ac praeterea omnium priuilegiorum, iurium, immunitatum conseruationem gratiose obtulimus, atque in iis Comitiis, quae a 3. Augusti eiusdem anni 1619. conclusa fuere, pnblica regni constitutione, vndequaque integram, ct inculpatam regiae Maiestatis nostrae administrationem, tota Hungaria contestata fuit, dum immortales nobis humillime gratias egerunt eo nomine, quod eam erga fideles Status, et ordines benignitatem nostram essent experti, vt nihil omnino eorum, quae vel vigore Diplomatis nostri regii, vel articulorum tempore Coronationis nostrae, anno su-

periore sancitorum stabilita fuerant, in nobis desiderari passi simus.

Ceterum, dum nos tam praeclaro Statuum, et ordinum vniuersorum elogio subnixi, nihil minus, quam subitos, et seditiosos in Hungaria motus formidamus, eo ipso tempore, quo Dei benignitate, ac concordi Principum Electorum suffragio, ad supremum Imperii fastigium euehebamur, vnius hominis, sed qui conspirationis suae multos, et potentes sibi asseclas coniunxerat, et cum rebellibus nostris, vires, consiliaque sociarat, effroenata dominandi libidine, atrox, et periculosum exarsit rebellionis incendium, cuius nefandae proditionis, ac perfidiae non minus initia, quam progressus, et exitus, dolo, fraude, et tyrannide, detestabilia fuere. Posteaquam enim *Gabriel Bethlen*, Turcico exercitu instructus, Transsiluaniam inuaserat, dominumque suum, cui iuratus erat, *Gabrielem Bathorium* possessione Transsiluaniae, deinde vita, exturbarat, securitati suae consulendum, ac in eo vel maxime sibi elaborandum existimauit, vt cum Imperatore Matthia, felicis memoriae, certas concordiae rationes iniret. Inter ceteros autem anno 1615. stabilitae pacis articulos, tam a praedicto *Bethlenio*, quam a Transsiluaniae Statibus, Syngraphis, ac Sigillorum impressione firmato diplomate, promissum fuit, quod neque contra Maiestatem suam,

eiusque legitimos Successores, reges Hungariae, et regnum, Augustissimamque Domum Austriacam, regna, et prouincias, cum quibus sua Maiestas singularia pacta habet, vllo vnquam tempore auersam, vel hostilem praetensionem habebunt, aut contra regni Hungariae libertates, priuilegia, quietem, aut tranquillitatem, palam, vel occulte, quidquam fieri patientur, quodque idem *Bethlen*, et successores vna cum statibus, et ordinibus Transsiluaniae, suae Maiestati, suisque Successoribus legitimis, et regno Hungariae, quandocunque necessarium fuerit, contra omnes eorum hostes, exceptis Turcis, omni ope, auxilio, viribus, et fidelitate aderunt. Quae omnia vt eo sanctius seruarentur, et quo arctius firmarentur, rursum anno 1619. consignatis diplomatibus, eadem ipsa renouata, confirmata, atque ratificata fuere, et *Bethlen* quidem in verbo suo Principis, bona fide, Transsiluani autem fide Christiana mediante, promiserunt, tam per se ipsos sancte, et inuiolabiliter obseruandos praedictos articulos, quam etiam per alios, quorum intererit, obseruari facient, Successoresque suos ad eorum obseruationem, in petpetuum obligatos velint.

His igitur pactorum, foederum strictissimis vinculis securitati Hungariae abunde prospectum, neque nobis ex parte *Bethlenii* quidquam hostile exspectandum videbatur, verum, vix

paucis mensibus post foedera renouata elapsis, contra fidem datam, de inuadenda, et occupanda Hungaria, occulta non solum cum non nullis seditiosis, et perfidis Hungariae Proceribus, et incolis, sed et cum rebellibus Bohemis, ac *Friderico* Palatino Rheni, Bethlenius consilia agitare coepit. Neque vero tectae machinationis indicia ex apparatu bellico, quem solicite *Bethlen* instruebat, in publicum prorumperent, ad primarios regni nostri Hungariae officiales, iteratis scriptionibus, per summum fingendi, simulandique artificium commemorabat *Bethlen*, pactorum, conuentorumque sibi memoriam non effluxisse, quorum vigore, cum vniuersa Transsiluania arctissime obstrictum se se meminerit, vt contra omnes hostes, omni ope, auxilio, viribus, fidelitate, Maiestati nostrae praesto sit, nunc tempus esse, quo dictorum, conuentorumque constantiam, re ipsa contestaretur; aliquot igitur millia militum, bene instructorum, contra Bohemos actutum se missurum, si modo nobis ita adlubescat, Transsiluanos quoque vt magis incautos circumueniret, ad arma expedienda, et militem constituendum induceret, foederum nobiscum initorum praetextu, acriter incitabat, vt, iuxta datam fidem, auxilia nobis submittere, non differret. Postquam et Transsiluanis belle imposuisse, et a milite satis instructum se animad-

uertit, scriptis ad Generalem nostrum Cassouiensem, Magnificum *Andream Doczy* litteris, significabat, Varadinum iter se adornasse, non dubitare, quin varii de se rumores ab aemulis circumferantur, quasi Hungariae inuadendae consilia agitaret, ceterum, monere se, et impensius rogare, ne maleuolorum sermonibus aures praebeat, nondum sibi excidisse, quod ex capitulationibus, ac fide data, Maiestati nostrae debeat. His, aliisque verborum lenociniis, adeo dictum Generalem nostrum *Bethlenius* demulsit, vt nihil prorsus ab illo metuendum sibi existimaret, donec tandem sub initium septembris anni praeterlapsi, accedente Cassouiensium perfidia, ac proditione, idem Generalis noster captus, ac compedibus constrictus, sub arcta custodia in Transsiluaniam, vbi et vitam finiit, a Bethlenio mitteretur.

Deinceps vero, vi, terrore, rapinis, bonorum direptionibus, caedibus item, ac indignissimis, contumeliosisque fidelium nostrorum tam Ecclesiasticorum, quam Secularium oppressionibus, grassatus Bethlen, Hungariam superiorem totam peruasit, profanatisque, ac deuastatis Catholicorum Templis, expulsis, vel occisis Sacerdotibus, Bonis Ecclesiasticis occupatis, ac viris primariis, qui fidem Deo, ac regi coronato debitam violare renuebant, Patria exclusis, ipse sibi sub nomine *Principis*

Hungariae regni nostri denominationem nefarie vsurpauit, dumque nos Imperiali inaugurationi intenti, procul abessemus, ferme ante, quam Hungariae perturbationis fama ad nos perferretur, Posonium vsque penetrauit, vbi circumuentum regni nostri Hungariae Palatinum vi, metuque adegit, vt, cum summo iuris nostri regii praeiudicio, quandoquidem Statuum ad Comitia conuocatio, ad regem tantum spectat, generalem Dietam regnicolis indiceret.

Quia vero armorum strepitus, ac tyrannicus terror conuenticulo Posoniensi moderabatur, idcirco nefando, ac multis seculis inaudito sceleris, ac perfidiae exemplo, non nulli complices *Bethlenii*, praestiti nobis homagii strictissimam obligationem susque deque habentes, regiamque nostram auctoritatem, quantum in ipsis erat, prorsus conuellentes, de *Bethlenio* in regem protrudendo consilia inierunt, status Ecclesiastici vetustissimam praerogatiuam abrogandam censuerunt, Bona Ecclesiastica omnia profanis vsibus addixerunt, officiales Maiestatis nostrae loco, ac officio mouerunt cum dedecore, viros primarios tam Ecclesiasticos, quam Seculares, quod ausus nefarios calculis suis approbare nolentes, furori rebellantium se se subduxissent, velut Patriae proditores proscribendos pronunciarunt. Demum, ne quid ad extremum praecipitis insaniae complementum

deesset, perniciosam, ac rebellionum feracem cum rebellibus Bohemis confoederationem ineundo, adscitis eorum copiis, hostiliter Austriam inuaserunt, Viennamque, vbi tunc aulae nostrae Caesareae sedes, progressi, incendiis, rapinis, caedibus omnia compleuerunt.

Nos vero, etsi non deerat consilium, quo seuerioribus remediis tantae perfidiae obuiam iremus, pro innata tamen clementia nostra, omnia prius, quam armis experiri voluimus, si placidis forte remediis *Bethlen*, eiusque tumultuosa factio, ad saniora consilia reuocari posset. Eaque de causa Commissarios nostros primarios Posonium destinauimus, nec solum regnicolis regiam nostram clementiam, libertatem, priuilegiorum, ac ceterarum concessionum, quietum, ac securum vsum iterum obtulimus, verum etiam Bethlenio omnia commoda, et emolumenta, quae, saluis Hungariae legibus, praestari per nos possent, bona fide, ac regia clementia promisimus.

Is vero, quoniam res suas nondum satis firmatas aduertebat, vt interea et sua cum Turcis negotia ordinare, et Transsiluaniae prospicere, et Polonico se metu liberare, et quoniam Bohemicum bellum inclinauerat, explorare posset, consueto suo artificio vsus, simul ac promisit, se effecturum, vt Hungaria ad obsequium nostrum reducatur, sed tempore opus

esse, quo animi non nullorum exasperati a suis persuasionibus leniri queant. Itaque inducias ad festum Sancti Michaelis duraturas stabiliri, toto hoc tempore, in eo, quo tunc erant, statu, omnia permanere, nec quidquam hostile ab alterutra parte attentari debere. Quantumuis autem facile assequebamur, Bethlenium ab ingenio suo ne nunc quidem degeneraturum, tamen, vt hic etiam clementiam nostram experiretur, has ipsas inducias certis conditionibus, et quidem quod ad Bohemos attinet, quos maxime *Bethlenius* vrgebat, iisdem induciis comprehendi, hac expressa reseruatione, ne aliter cum supra dictis Bohemis induciae essent, quam si prius iustis, et aequis conditionibus oblatis requisiti fuerimus, firmatis vtrinque diplomatibus, admiserimus, postea vero etiam salui conductus tabulas pro Bohemis, si aequas induciarum conditiones offerre vellent, Bethlenio tsansmisimus.

Vix induciae stabilitae fuerant, cum *Bethlen* nihil non egit, vt Constantinopoli per falsos rumores, rebus nostris depressis, hostium vero nostrorum supra verum elatis, ostentata occasione, Turcam ad bellum contra nos gerendum concitaret, ipse interim munitas Comitis Homonay arces occupauit, Munkacsinum, Nitriamque iteratis vicibus milite circumcinxit, Germanorum turmam sine cuiusquam noxa, se-

cundo danubio Iaurinum vectam, hostiliter inuasit, Comaromiense Fortalitium, Haidonum obsidione non semel cinxit, ex arce Posoniensi Germanorum praesidium exturbauit, innumeraque alia pactis induciis aduersantia perpetrauit. Tandem primario regni Hungariae statu absente, totius regni Sclauoniae Legatis, ac plurimis Magnatibus non comparentibus, multis Comitatuum Nunciis, iuxta instructionem ipsorum, penitus abnuentibus, ipsis vero Comitiis per Legatos nostros iam dissolutis, ne quod rite vlterius tractari posset, cum pridie certa mors refragaturis denunciata fuisset, a paucis perfidae rebellionis concitatoribus, tumultuaria factiosorum conclamatione, 25. Augusti se se Regem Hungariae pronunciari voluit, induciisque palam rescissis, Nitria expugnata, copias suas in Austriam, ditionemque nostram cisdanubianam immisit, ferroque omnia populatus, arces, oppida, limitaneaque praesidia nostra occupauit.

Quibus rebus per vim, et fraudem gestis, ista quoque addidit, quod, quemadmodum in Transsiluania, vt Turcarum gratiam demereretur, valida Christianarum ditionum propugnacula, magnis Romani Imperii sumtibus, sub Sigismndo Bathorio a Turcis recuperata, videlicet *Lippam*, *Solymos*, *Totvaradja*, *Margitha*, *Monostor*, *Arad*, *Jenö*, et *Faisath*,

Turcis tradidit, ita nunc in Hungaria, praesidia iisdem Turcis consignare coepit, traditque nuper Vaczium, episcopalem sedem inter Budam, et Strigonium, opportuno loco situm, magnis olim Hungariae, sanctique Imperii impensis recuperatum, atque defensum, vtque tam nefariae proditionis a se inuidiam amoliretur, hac nos calumnia appetiit, quasi per oratorem nostrum in Porta ottomanica, de Vaczio Turcis tradendo transegissemus, quod quidem magis falsum, ac friuolum est, quam vt fidem apud vllum, qui non plane perditus sit, possit inuenire.

Neque vero in his metis *Bethlenii* erga nos calumniosae machinationes constiterant, sed in praefationibus aarticulorum Nouizoliensium conqueritur, in auitis libertatibus, libero religionis exercitio, puhlicis immunitatibus, pressos, et aggrauatos esse Status Hungariae, quod quam a vero absit, superius memorata anni 1619. constitutio regnicolarum, vno fere mense ante Bethlenianam inuasionem edita, luculenter commonstrat. Additur: Polonos milites nostros, per non nullas Hungariae partes, contra cautiones induciarum, caedibus grassatos esse, quibus denique subnectitur, serius quam par esset, Commissarios nostros Nouizolium destinatos, nec satis idoneis Plenipotentialibus instructos fuisse, vel quod in illis confoederato-

rum

rum mentio nulla esset, et quod *vasalli* nomine in iis vocentur Hungari.

Verum, qui haec aequa lance ponderauerit, haud obscure intelliget, dedita opera ansam, occasionemque nobis obloquendi, quaesitam fuisse. Nam vigore induciarum, vltro citroque liber commeatus admissus fuit, eo freti Poloni, non exspectata ordinatione nostra, iter per Hungariam instituerunt; at, vbi hostiliter se peti, ac passim trucidari aduerterunt, naturae legibus concessa defensione vsi, ferro sibi viam aperire sunt coacti. Commissarios vero nostros idcirco tardius aliquanto expediuimus, quod *Bethlenius* ante Comitiorum initia, certos suos Legatos ad nos missurum se receperat, per quos necessaria ad futuram Dietam repraesentarentur. Hos dum expectamus, ac ex Legatorum Tractatibus instructionem faciendam differimus, Legationem a *Bethlenio* promissam, mutato consilio, intermissam, serius, quam par erat, intelleximus, plenipotentiales vero consueta formula ad res Hungariae componendas, qua de caussa, Dieta illa a nobis indicta fuit, expediri curauimus. Quod vero *vasalli* nomen insertum plenipotentialibus fuit, id nec studio nouitatis, nec quod derogari quidpiam antiquis Hungariae libertatibus cogitaremus, factum est, neque vero vasalli nomen tale est, quo Principes, Marchiones, ac Nobilis-

simus quisque gaudet, vt ad alicuius dignitatis imminutionem trahi possit.

Quae cum ita sint, ne quod nobis, vel successoribus nostris, praeiudicium quacunque tandem ratione, praetensa hac iniuriosa, praesumta, ac ipso iure nulla Bethlenii in regem electione, regiminique, ac regii tituli vsurpatione, generetur, in primis totam hanc electionem, iniustam, violentam, iniquam, seditiosam, iuribus, consuetudinibusque regni contrariam, ac proinde irritam, inualidam, et penitus nullam esse, autoritate nostra regia declaramus. Praeterea quidquid in conuentu Posoniensi, et Nouizoliensi, contra iura nostra regia, contra Ecclesias Dei, ac statum Ecclesiasticum, contra leges, libertates, et antiquas regni nostri Hungariae laudabiles consuetudines, contra fideles nostros tam Ecclesiasticos, quam Saeculares, quoquo modo statutum, decretum, ac definitum fuit, id totum penitus cassamus, annullamus, illegitimum, iniustum, inualidumque pronunciamus, neque illorum conuenticulorum statuta robur aliquod vllo vnquam tempore habere volumus. Siquidem et iuxta perpetuam regni nostri Hungariae legem, et consuetudinem, nulla constitutio valida esse possit, quam legitime coronati regis approbatio non firmauerit. Quia vero, ne quid intentatum relinqueremus, quo Sacro Imperio, et re-

gno Huogariae salus, et pax restituatur, *Bethlenio*, *Hungariae Principis* titulum ea ratione detuleramus, si ad fidem, obedientiamque nostram, regnum Hungariae reduxisset, is vero non modo non impleuit couditionem, sed perfide potius, quantum in ipso fuit, regnum Hungariae abstrahere a nobis, et alienare laborauit, eapropter praedictum titulum Principis Hungariae, penitus cassamus, abrogamus, et abolemus.

Porro, cum ad iurisiurandi religionem, qua ex peruetusta regum Hungariae formula obligamur, non minus quam ad autoritatem nostram, officiumque regium pertineat, ne per vim, iniuriam, ac rebellionem, nobis extorta, aut ademta negligamus, frustra hactenus tentatis omnibus, quibus ad sanitatem, rebellium animos reuocare sperauimus, tandem ius nostrum armis, quando aliter non licet, asserere, regna, ac ditiones nostras ab iniusta rapacissimi inuasoris oppressione vindicare, quae nobis indigne ademta sunt, iuste repetere, subditos nostros metu, ac tyrannide pressos pristinae libertati, quam amissam gemunt, restituere, spoliatos ac bonorum possessione deturbatos subleuare, rebellioni quietem publicam, reponere, in animum induximus, quod quidem eo maiora felicis victoriae fiducia facimus, cum, si quod Deus omen auertat, nostra conniuentia, rebellium nostrorum consilia praeualere per-

mitteremus, aliud consequi non posse praeuideamus, quam quod regnum hoc olim florentissimum, magno ditionum nostrarum Austriacarum, et totius Sacri Imperii periculo, Turcicae seruitutis iugo indignissime subiiceretur.

Interea, illud incredibili iam nunc animi moerore, mentis nostrae oculis obuersatur, quod paucorum rebellium nostrorum temeritate, ac insania, tot excidia, direptiones, caedes, vastitates, quantas bellum intestinum secum cum turbine quodam ac procella inuehere solet, miseram, exhaustam, et innoxiam plebeculam sint oppressura, quorum omnium nos insontes esse, atque futuros in posterum, coram Deo, et mundo, et ad omnium etiam posterorum memoriam, sancte protestamur, illisque luenda, et expianda transcribimus, qui rerum nouarum studio, ac praepostero ambitu, huic luctuosissimo incendio facem subiecerunt. Deum vero optimum, Maximum, iustissimae caussae nostrae, quemadmodum in Behemia nuper, celebri nobis victoria concessa, vindicem, rebellionis vero grauissimum vltorem futurum, spe certa ducimur, cum ipsomet asserente, atque infinitis tam veteris, quam moderni temporis exemplis compertum habeamus, eos, qui legitimae resistunt potestati, ipsimet Deo, cui nemo praeualere potest, resistere.

Quocirca benigne, ac serio monemus regni nostri Hungariae Palatinum, ceterosque vniuersos, ac singulos Consiliarios nostros, qui nobis nominatim strictissimo iure iurando fidelitatem suam obligarunt, vt memores Sacramenti, quo nobis obstringuntur, et cuius religione illos exsoluere, et liberare, nullo modo intendimus, ita se in praesenti Patriae tumultu gerant, ne coram Deo, nobis, atque vniuerso mundo, officio suo defuisse, ac fidelitatis nobis debitae rationem, nequaquam habuisse, merito iudicentur. Ceteros etiam vniuersos regni Hungariae Status, Magnates, Nobiles, liberarum ciuitatum incolas, ac milites tam praesidiarios, quam Haidones, ac alios clementer hortamur, vt indissolubile vinculum homagii, quod tempore coronationis nobis praestiterunt, ad animos reuocent, a rebellium caussa se remoueant, nec eos, vti declaratos nostros rebelles, et Patriae hostes, armis, opibus, consilioue adiuuent, militi nostro, ad pacem Hungariae reducendam, oppressosque a tyrannide vindicandos, a nobis destinato, ne vllo modo resistant, quin potius, vti fideles subditos decet, ac propria ipsorum vtilitas expetit, omni ope, atque auxilio iuuent. Meminerint etiam peculiaris iurisiurandi, quod liberae ciuitates, ac militaris ordo, nobis, vtpote regi ipsorum legitimo praestiterunt, cogitent, quae a nobis,

ac Domus nostrae regibus beneficia, iura, et priuilegia obtinuerint, perpendant, an gloriae ipsis, vel commodo futurum sit, exploratae virtutis, ac benignitatis Principibus perfidum hominem, ius omne, prae peruersa in alieno regno imperandi libidine, ludibrio habentem, in Turcarum auxiliis, quibus tamen hactenus conseruandorum foederum maior cura, quam *Bethlenio*, fuit, spem omnem collocantem, quibus, vbi se conseruare non potuerit, regnum ipsum in praedam cessurus est, praetulisse. Denique diuina, ac humana iura animo reputent, quae regibus obseruantiam, ac fidelitatem exacte praestandam, vel cnm vitae, fortunarumque discrimine, praescribunt. Neque vero vetera exempla proponere, necesse habemus, cum in oculis sit, quos in plerisque ditionibus nostris nefarie contra nos conflata coniuratio, exitus habuerit.

Nos vero Deum imprimis cordium scrutatorem religiose testamur, nobis fuisse, aut etiamnum magis in votis esse, quam vt commissum a Deo nobis regnum nostrum Hungariae, Turcae vicini hostis potentissimi insidiis ereptum, iuribus, ac libertatibus suis quiete perfrui possit, ac tot, tantisque superiorum cladibus attritum, in veterem gloriam reflorescat.

Et haec erant, quae publico, ac patenti hocce Edicto nostro, ad aequitatem caussae no-

strae declarandam, omnibus, potissimum vero regni nostri Hungariae incolis notificanda existimauimus. Datum in ciuitate nostra Vienna, die 10. Decembris, anno Domini 1620. regnorum nostrorum, Romani secundo, Hungariae, et aliorum tertio, Bohemiae vero anno quarto.

XLII.

Ad Saxones Transsiluanos.

Imperat illis Bethlenius, vt ad Conuentum particularem, qui, ipso tempore pacis cum Caesare conciliandae, alibi distento, proxime sub praesidio Stephani Bethlenii Gubernatoris, Albae Iuliae habendus sit, delegatos suos mittant. Ex Autogr. die 5. April. 1621.

Gabriel Dei gratia electus Hung. Dalm. Croat. Sclauoniae cet. rex, Transsyluaniae Princeps cet. Prudentes, ac circumspecti cet. Az Felseőges Ur Istennek Kegielmes dispositioiabol miulta Erdelibeől szerelmes hazankbol az Magiar Orszag regi szabadsagiban, tőrveniben valo meg bantodasinak hellyere allatasara kijeőttűnk, minden igyekezetűnkkel azolta azon

voltunk, mikeppen Romai Csaszarral az Orszagnak allapotiat megh maradando cziendeségre, hozhattnok; melliben noha mostis minden napon faradozunk, es remeliűkis, hogy Isten hamar jo veget adgia, de ez ideigh mégh az dologh olly teőkélletes alhatatossaggal nem concludaltatott, hogy erről a feldről alab mozdulhattunk volna; mindazaltal enni gondos foglalatossaginkbannis Erdely Orszagunknak kűlőmb-kűlőmb szűksegei kivaltkeppen a Porta contentalasa eleőttűnk forogvan, a mint eleitűl fogva szokas volt, az Orszagh szűkseges dolgainak jo karban allatasaért, ez jeővendő Sz. Győrgyi napra, az az ez jelen valo honak 24. napjara Fejerwari Warosunkban Erdeliben, es hozza tartazo Magiar Orszagh reszeiben léveő minden rendeknek partialis gieőlest akarunk celebraltatni.

De mivel hogy ez ideki valo gondviselesünknek terhes wolta miatt, akkorra magunk szemellieben hívségtek keőziben be nem erkezhetűnk, rendeltűk az mi becsűlletes attiankfiat, az Tekintetes, es Nagisagos Groff *Bethlen István* uram Tanacziunkat, Erdely Gubernatorunkat, es Hunyad, 's Marmaros Varmegieknek eőreőkeős feő Ispanniatt, heliettűnk azon gieőlesben teőlűnk, eő kegielme eleiben adot tellies auctoritassal praesidealni. Intezők annakokaert, seőth hagiuk, parancholiukis hiv-

segteknek, hogy ez levelünk latvan, azon megh irt napra, es helire bocsiasa bizonios attiafiait partialis giülesbe, az ennek elötte valo szokas szerint, tellies tanusaggal, hogy akkorra oda giülven, annak az hazanak keözenseges javara, es megh maradasara Istennünknek kivaltkeppen valo vezerilesevel végezhessen hivsegtek minden jot. Secus sub poena in generali Decreto superinde expressa non facturi. Quibus de cetero gratia nostra regia benigne propensi manemus. Dat. in libera Ciuitate nostra Tyrnauiensi, die 5. April. anno Domini 1621.

GABRIEL.

XLIII.

Ad Pazmanum Archiep. Strigonien.

Bethlenius, acceptis de pace gratulatoriis Pazmani litteris, stabilitatem illius optat, et mutuam eidem beneuolentiam pollicetur. die 14. Ian. 1622. *Ex Autogr.*

Gabriel Dei gratia S. R. Imperii, et Transsiluaniae Princeps, partium regni Hungariae Dominus, et Siculorum Comes, ac Oppoliae, Ratiboriaeque Dux. cet.

Illustrissime, ac R. R. Domine, amice nobis beneuole, Salutem, et beneuolentiam no-

stram. Az kegielmed nekűnk jambor zolgaia altal irt levelet veőttűk, melibeől irasanak minden reszeit megh ertettűk. Es elsőben, hogy Kegielmed a zent bekeségnek jo vegeért az Ur Istennek halákat advan arrol nekűnkis eőrvendez, abbeli jo indulattiat kegielmednek kedvesen es zeretettel veszűk, kivanrukis Istenteől, hogi ez sok veszedelmek, és romlasok utan immar az megh mutatot zent bekeseget tegie allandova, es zerenchiesse az egez kereztiensegnek jovara, es zegini Keőssegnek megh maradasara, 's eppűletire. Hogi penigh Kegielmed hozzank valo jo indulattiatis leveleben jelenti, kegielmedteől jo zivel vettűk, es myis az minthogi eddigis minden iődeőben azon voltunk, hogi Kereztien jo indulatunkat mindenekhez megh mutassuk, ugi immar Isten ez fel haborodot allapotokat keőztűnk le cheindesitven, űgiekezűnk azon, hogi minden illendeő, es melto dolgokban kegielmedhezis jo akaratunkat ki jelenchiűk, meljet kegielmednek minden iődeőben ajanlunk. Eandem de cetero bene valere exoptamus. Dat. in libera regiaque ciuitate Tyrnauiensi die 14. Ianuarii anno Domini 1622.

Eiusdem illustrissimae
et R. R. D. Vestrae.

amicus beneuolus
Gabriel. m. p.

XLIV.

Ad Chamum Tartarorum.

Bethlenius Chamo Tartarorum ob transmissa sibi munera gratias agit: tum gratulatur ei obtentam de Polonis victoriam: inuitat eundem ad commune bellum gerendum, spemque ei facit, diuitias, et mancipia in terris Christianorum aquirendi (a) Aprili 1621. *ex apogr.*

Gabriel diuina fauente clementia electus Hungarorum rex, Princeps Transsiluaniae, Comes Siculorum cet. Illustrissime Princeps, amice coniunctissime, et frater dilectissime, Deus ter optimus, maximus, celsitudints vestrae dies vitae in posterum ad annos Nestoreos protrahat. Celsitudinis vestrae delegati, iuxta nostrum Calendarium die 25. Martii feliciter huc apud nos aduenerunt, honorificas eius litteras bene nobis, ac decenter tradiderunt, et peramicam, fraternamque prorsus salutem, amicitiam, et officia nobis annunciarunt, quemadmodum etiam arcus, et tela pari modo, Celsitudinis vestrae loco praesentarunt, eiusdem autem honorificas litteras, peramicam, fraternam-

(a) Apud eundem Londorpium *pag* 401.

que salutem, et grata munera gratissimo animo accepimus.

Quod igitur Celsitudo vestra, me ipsius fidelissimum, addictissimumque amicum obliuione nulla obliterarit, sed nobis in tam longinquis, dissitisque locis bella gerentibus, litteras, nunciosque miserit, omnemque suam opem, auxiliumque addixerit, pro isto tam insigni Cels. Vestrae beneficio, atque beneuolentia, cumprimis Deo ter optimo maximo, dein vero Cels. vestrae ingentes agimus gratias. Ex litteris Cels. vestrae tantum sane intelleximus, Cels. vestram, mandante, et iubente illud potentissimo Turcarum Imperatore, Polonos, eius regni partem occupare conantes, forti omnipotentis Dei manu profligasse, in fugam coniecisse, multosque alti sanguinis, Status, atque dignitatis viros trucidasse, quod singulari cum gaudio, et laetitia percepimus. Quamuis autem tam insignis victoria demum post 13. dierum spacium ad nos tum temporis, cis Danubium contra Germanos, nostros hostes, proeliantes, perlata fuerit, nihilominus tamen, cum Cels. vestra ipsamet nos eius rei gratia certiores reddiderit, eapropter nuncius ille nobis fuit et gratior, et acceptior. Deus ter optimus maximus clementissime prouideat, vt potentissimi istius Imperatoris, adeoque omnes nostri hoſtes similem exitum sortiantur, et tantam Cels. ve-

strae victoriam omni ex parte felicem, beatioremque reddere, minime dedignetur.

Poloni a nobis nunquam offensi, nobiscum minus amice, candideque agunt, quibus tamen ante quadriennium, dum inter ipsos, et potentissimum Turcarum Imperatorem, periculosa in manifestum bellum erumpens controuersia exorta esset, cum nostro exercitu in Moldauia, non sine singulari labore, atque molestia, omnem nostram operam addiximus, eosdemque nostra potissimum industria, cum magno illo Imperatore, aliquo modo reconciliauimus, qui tamen vtrinque facta pacta neutiquam seruarunt, sed foedifrago more, potentissimi Imperatoris regnum, atque prouincias hostiliter inuaserunt, quam infeliciter autem res ipsis successerit, id sibi solis in acceptis referant.

Proxime elapso anno, postquam in Germanici Imperatoris residentiam, Viennam, vbi tum temporis Caesar ille in persona propria commorabatur, peruenissemus, iidem Poloni similiter in regnum nostrum, hostilem incursionem, irruptionemque fecerunt, magnumque inquilinis istis damnum, detrimentumque intulerunt, cum ditionibus prope Viennam paululum incommodaueramus. Et certo certiores reddimur, ipsos grandem quandam praeparationem bellicam aduersus potentissimum Turcarum Imperatorem moliri, quibus tamen Germanorum

Caesar, modo pacem cum illo inrremus, potenti mititum manu succurrere decreuit. Verum enimuero, ab iisdem Polonis nihil omnino metuendum periculi. Domi enim, naso ipsorum cereuisia commaculato, lingua duntaxat milites sunt, conspecto autem foris hoste, omnem rationem, intellectumque suum amittunt, ea vnica de caussa, quod eos Deus omnipotens ob insolentiam, et superbiam snam plerumque punire soleat. Postquam autem de ipsorum viribus inquisitionem habuimus, comperimus, ipsos lanceariorum mille, Cosaccorum 10,000. et 20,000. peditum educturos esse. Et sane caualleriam quidem, pedites vero, nullo alio modo cogere poterunt, nisi cum Germanorum Caesare pacem tractauerimus; alias tamen pedites Poloni ad bellum minime sunt idonei.

Ad statum nostrum vero quod attinet, Cels. vestrae notum facimus, quod licet intra 22. mensium spacium, cum multis potentissimis hostibus, ab illo enim tempore non duntaxat cum Romanorum Imperatoris, verum etiam Hispaniarum regis, et Romani Pontificis, auxiliaribus militaribus copiis, nobis bellandum fuit, bellum gesserimus, nihilominus tamen, Deo sit laus, et gloria, ab iisdem semper palmam, victoriamque reportauimus. Quoties autem cum hostibus nostris dimicauerimus, minime pro comperto habemus, omni tamen asseueratione

testari possumus, nos intra 12. istos menses vltra 30,000. hostium necasse.

Ad Pragam sane, Bohemiae regis (*Friderici*) exercitui fortuna obliquo modo tergum obuertit, eapropter hostis vires suas aliquanto latius contra nos vertit. Ante 18. Septimanas, cum castris nostrís hosti in conspectum venimus, et tam diurno, quam nocturno tempore, aliquas velitationes, inter nos inuicem habuimus, iam circa pacificationis media occupati sumus. Hactenns eosdem nostros hostes bonis verbis lactauimus, vsque dum potentissimi Turcarum Imperatoris viribis potiamur, et hac ratione hostium regna, atque prouincias eo commodius occupemus.

Et sane Cels. vestta nobis immensum exhiberet beneficium, si nobis adhuc decem delectorum militum millia transmitteret, iisdemque praestantem quemdam, clarumque belliducem ptaeficeret, quibus hostem nostrum eo certius, certiusque debellare, et deuincere possemus. Si autem Cels. vestra, nos in persona inuiseret, id eo maius, acceptiusque nobis esset gaudium, in quo Cels. vestra potentissimo Turcarum Imperatori summopere gratificaretur, et maiora commoda, gloriam, et honorem, quam e Polonorum victoria, exinde reportaret.

Quocirca personam vestram propriam exspectablmus, et eandem per ditissima regna

atque prouincias, quae in Tartarica natione Cels. vestra nunquam conspexit, cuius milites diuitiis, atque mancipiis se se vbertim ditabunt, si modo Cels. vestra viginti millia militum penes se habuerit. Nos etiam duo lanceariorum millia, et 20,000. peditum, in promtu habemus, potentissimi Imperatoris auxiliares copiae ad 15,000. Osmanidum se extendent. Pari modo rex Bohemiae 30,000. militum sibi adsciscere poterit. Quo facto, nostrum aduentum nullus nostrorum hostium praestolabitur, sed multo potius ex regnis, atque ditissimis suis prouinciis diffugient, et tam insignem praedam nobis reliquent.

Sed de hoc negotio noster Legatus oretenus Cels. vestrae plura dicturus est; cui plenam fidem habere, et tantum nostrum zelum neutiquam negligere dignabitur. Ab eodem nostro delegato Cels. vestra, paucula ista, quae subita festinatione assequi potuimus, et peramice Cels. vestrae transmittimus, accipiet, et, vti obnixe rogamus, aequi, boniqne consulet.

Nos iam in castris, et cum hoste occupati, Cels. vestram, si id Deo ter optimo maximo ita visum fuerit, exspectaturi, illudque modis omnibus Cels. vestrae compensaturi sumus. Serenissima Cels. vestra, me beneuolum, sincerum, candidumque ipsius amicum aestimet, cui Deus omnipotens prosperam, firmamque corporis va-

letudi-

letudinem, clementissime largiatur. Dabantur in nostra ciuitate regia Tyrnauia, nostri calendarii 1. die Aprilis, anno Christi. 1622.

XLV.

Tractatus Niklspurgensis Pacis.

Inter Ferdinandum II. et Gabrielem Bethlen an. 1622. *die* 6. *mensis Ian. Szakolczae a Bethlenio canfirmatus. Apogr.*

Nos *Gabriel* Dei gratia S. R. Imperii, et Transsiluaniae Princeps, Partium regni Hung. Dominus, Siculorum Comes, ac Opuliae, et Ratiboriae Dux.

Memoriae commendamus cet. Quod, cum nos ad motus intestinos, qui nuper in regno Hung. exorti fuerant, componendos, certis nostris Commissariis, vtpote, Illustri et Magfo Comiti *Stanislao Thurzo de Bethlenfalva*, perpetuo terrae Scepusiensis, ac eiusdem Cottus supremo Comiti, cet. ac Generosis, *Ioanni Sándor de Zlamnicza*, *Stephano Kassay*, et *StephanoFrater*, per Transsiluaniam Consiliariis nostris, plenipotentiam dedimus; qui quidem Commissarii nostri, postquam cum Commissariis Sac. Romanorum Imperatoris, ac Germa-

niae, Hungariae Boh. regiae Maiestatis, similiter litteris plenipotentiariis, munitis, vtpote, Illustrissimis, ac Reuerendissimis, *Francisco* miseratione Diuina S. R. E. Tituli S. Siluestri Presbytero Cardinale a *Dietrichstein*, Episcopo Olomucensi, cet. *Petro Pazman*, archiepiscopo Ecclesiae Metropolitanae Strigonien. locique eiusdem Comite perpetuo, Primate Hung. Legato nato, summo, et Secretario Cancellatió cet. Spectabilibus item, ac Magnificis, *Sigefrido Xtorphoro Prainer*, Marschalco Austriae inferioris, L. B. in Stubin cet. *Reginobaldo*, Comite a *Collalto* cet. *Nicolao Eſzterházy de Galantha* C. Comitatus Zoliensis, et de Beregh, Mgro. Curiae regiae cet. Consiliariis eiusdem Caes. regiaeque Maiestatis in ciuitate Nikelspurgo, in Marchionatu Morauiae sita, conuenissent, post plures, et varios vltro citroque habitos tractatus, ad tollendos, et sopiendos huiusmodi motus, et nouitates, cum praefata Sac. Caes. regiaque M. ad infra scriptam pacis, ac mutuae reconciliationis concordiam, oblationes, et conditiones deuenimus, quae in hunc sequuntur modum.

1.) Quod idem D. Princeps, titulum regium, omnemque administrationem, ac regimen, insignia item eiusdem regni Hungariae, totaliter, ac simpliciter in perpetuum abdicabit, et reponet, neque vllo vnquam praetextu,

in administrationem, et gubernationem regni se se ingeret, et immiscebit, exceptis tamen iis, quae vigore praesentis tractationis, eidem D. Principi conceduntur.

2.) Idem D. Princeps, ciuitates, arces, et confinia regni, suae Maiestati relinquenda, vna cum omnibus tormentis, pulueribus, munitionibus, et instrumentis bellicis, prout nunc sunt, ad manus Commissariorum suae M. resignabit, nec quidquam ex iisdem auehi, et asportari faciet.

3.) Bona etiam, et reditus fiscales vniuersos, mineras item, et omnis generis metalli fodinas, similiter ad rationem suae M. retinendas, simul cum omnibus instrumentis ad easdem spectantibus, sine vlla destructione, et corruptione, ad manus eorundem suae M. Commissariorum cedet, et assignabit. Nec amodo in posterum, eiusmodi prouentus, pro se vsurpabit, aut occupari faciet.

4.) Ad horum autem omnium resignationem, et effectuationem, certi vtrinque aequali numero, sub hac ipsa tractatione denominentur Commissarii; quorum alii post decimum quintum diem a die commutandorum diplomatum, computando, ad partes regni vltradanubianas alii vero ad cisdanubianas iter suscipiant, vtrobique omnes ciuitates, arces, et confinia, ditionesque, ad rationem suae Maiestatis retinendas,

Commissarii D. Principis, ad manus suae M. Commissariorum assignent, vbi etiam Capitanei, et alii officiales, milites confiniarii, ac alii omnes, qui D. Principi iuramentum praestiterunt, ab eiusmodi iuramento liberi, et immunes, pronunciabuntur per dictos D. Principis Commissarios.

5.) Commissarii porro suae Maiestatis pro partibus regni cisdanubianis ordinati, recta Cassouiam etiam se se conferant, ibidemque ciuitatem eandem, Comitatus, arces, confinia, ac omnem ditionem, D. Principi, per suam Maiestatem, concessam, eidem D. Principi, iuxta dictamen huius transactionis, diplomatisque suae M. superinde confecti, assignent: conuocatis eodem per Principem, ac praesentibus antelatorum Comitatuum, confiniorum, ciuitatum, Comitibus, Capitaneis, atque Nunciis.

6.) Sacram regni coronam, dictus D. Princeps, cum omnibus clenodiis, et ornamentis, priusquam praescripti Commissarii suae Maiestatis Cassouiam venerint, eodem deduci faciet, ibidemque facta eiusdem diligenti reuisione, ac recognitione per Commissarios suae M. in praesentia DD. Conseruatorum, eandem coronam, et clenodia, per dictos DD. Conseruatores, ac suae M. Commissarios, e Ditione sua, illaese efferri, ac in ciuitatem Trinchiniensem transferri curabit, decentem etiam comitiuam eisdem DD.

Conseruatoribus, et Commissariis, vsque ad ditiones suae Maiestatis adiunget. Quae quidem Sacra corona, vsque ad proxime futuram generalem regni Dietam, in dicta ciuitate Trincziniensi, per eosdem DD. Conseruatores conseruabitur, donec videlicet, in futura primitus Dieta, Posonium, ad locum eius conseruationis antehac destinatum, debito modo reducatur.

7.) Archiuum porro Camerae Scepusiensis. iidem suae Maiestatis, ac etiam D. Principis Commissarii reuideant, inuentent, committantque curae certae, et iuramenti religione, tam suae Maiestati, quam ipsi D. Principi, obstrictae personae, conseruandum, et si quid suae Maiestati, vel antefato D. Principi, pro vsu, et ratione Comitatuum, eidem concessorum, necessarium fuerit, idem Conseruator in paribus extra det fideliter.

8.) Arces omnes, et bona immobilia, quocunque nomine nuncupata, tam Ecclesiasticorum, quam saecularium, per hosce motus ablata, et occupata, prioribus eorum dominis, et possessoribus, pro eodem termino resignationis regni, sine dilatione, et renitentia, omnia etiam in ditionibus, sibi per suam M. concessis, dimittet, ac restituet, vti etiam litteras, litteraliaque instrumenta, similiter et sigilla Capitulorum, si quae reperiuntur, demtis tamen illis omnibus, quae hactenus cuipiam in-

scripta, vel donata essent, et quae D. Principi per suam M. concessa sunt.

9.) Quod vero donationes bonorum, tam Saecularium, quam Ecclesiasticorum simplices, et pro seruitiis factas, concernit, illae post duos demum menses, a die commutationis diplomatum computando, per Commissarios certos ex omnibus regni Statibus, per suam M. ex ditionibus vero, D. Principi concessis, per eundem denominandos, inter quos et Iudices regni ordinarii, qui adhuc supersunt, intersint, ac si interim Iudex Curiae a sua Maiestate creabitur, ipso praesidente reuideantur, statimque executioni demandentur.

10.) Inscriptiones autem, et Bona impignorata per D. Principem, maneant in suo vigore, donec regnicolae in proxime futura publica Dieta, illa eliberabunt, illosque, qui pecuniam dederunt, contentabunt: amodo autem nullae amplius inscriptiones fiant, sub quouis titulo, aut praetextu.

11.) Nobilitationes per D. Principem factae, maneant in suo vigore, ita tamen, vt in in dicta proxime regni Dieta Litterae superinde producantur, vt sciatur eorum Nobilitas, ne quid contra leges in eo peccetur.

12.) Arces, et Bona haeredum, quondam Comitis *Georgii Hommonay*, idem D. Princeps, post resignationem regni, statim ad ma-

nus relictae eiusdem, tutricis videlicet legitimae, ac naturalis orphanorum resignabit. Si quid autem vlterius in praescriptis bonis disponendum erit, fiat iuxta iura regni: litterae etiam, et litteralia instrumenta, factum eorum bonorum concernentia, diligenter inquirantur, inuentaque manibus eorundem tutricis, et orphanorum, sub inuentario, coram certis autenticis personis, assignabuntur.

13.) Captiuos, qui quidem nondum de sua libertate contraxerunt, absque vlla lytri solutione, idem D. Princeps dimittet, libertatique pristinae restituet.

14.) Pollicetur praeterea idem D. Princeps, quod amodo in posterum, contra suam M. Caes. et regiam, Serenissimam Domum Austriacam, eiusque fideles subditos, nunquam hostilitatem exercebit, arma sumet, neque eos infestabit, consiliaque noxia agitabit, nec hostes eiusdem vllo vnquam modo adiuuabit: parem suae M. Caesareae, Inclytaeque Domus Austriacae, erga se se, suosque Successores legitimos, beneuolentiam, et benignitatem D. etiam Princeps exspectaturus.

15.) Vicissim praefata Sacra Imperatoria, regiaque Maiestas, eundem D. Principem, autoritate sua, et potestate Imperiali, in Principem S. R. Imperii creat, et declarat. Praeterea duos in Silesia Ducatus, Opuliae, et Ratiboriae,

cum vsu titulorum, et insignium libero, omnique eo iure, et iurisdictione, obuentionibusque, quibus quondam Princeps Sigismudus Batory de Somlyo, tenuit, possedit, et gauisus est, ipsi D. Principi, et vni ex filiis ex propriis lumbis, et thoro legitimo procreando, iis vero non existentibus, filio adoptiuo, et nepoti Stephano Bethlen iuniori, ad dies vitae eiusdem benigne confert, bonis Ecclesiasticis, et prouentibus Cleri, immunitatibus, et iurisdictionibus, religionisque Catholicae exercitiis, in his etiam Ducatibus, saluis, et illaesis permanentibus, nec vllo pacto alterius religionis introductione, vel aliter qualitercunque per ipsum D. Principem, vel quosuis alios, variandis, vel turbandis.

16.) Quoad titulum, benigne sua M. consentit, vt, praeter titulum vsitatum Principis Transsiluaniae, titulo etiam Illustrissimi S. R. Imperii Principis, Ducisque Opuliae, et Ratiboriae vtatur.

17.) Ad haec sua M. memorato D. Principi septem integros Comitatus regni, vltra, et cis Tibiscum habitos, vt pote: *Zathmar*, cum eius nominis castro, *Zabolch*, *Ugocsa*, *Zemlin*, (Zemplin) *Borsod*, excepto *Szenderö*, tricesimae autem ibidem erectae prouentibus pro D. Principe permanentibus, et *Abaujvar*, vna cum ciuitate Cassouiensi, simul cum cunctis eorum

antiquis metis, et limitibus, tam intra, quam extra Tibiscum, prouentibusque, et reditibus fiscalibus, plenaria cum iurisdictione, et gubernatione, iuxta tamen conditiones, paulo infra declarandas, ad vitae suae dies tenendos, et possidendos concedit.

18.) Quod in praefatis septem Comitatibus, ipsi D. Principi concessis, liberum vbique etiam Catholicae religionis exercitium, et iurisdictio Ecclesiastica pacifice admittatur, et perseueret.

19.) Quod decimas omnes cistibiscanas, ad rationem Ecclesiasticorum, ac legitimorum possessorum, idem D. Princeps relinquat.

20.) Decimas vero vltratibiscanas omnes ad rationem eiusdem D. Principis maneant, ad confiniorum intertentionem conuertendae, pro quarum precio Maiestas sua, earum legitimos possessores, aliunde interim contentatura est.

21.) Praedicti Comitatus legibus regni, et in iuridicis, iurisdictioni Palatini, et Iudicum regni ordinariorum subsint, cum solitis executionibus, atque etiam Nuncios suos, more consueto, ad Generales regni Dietas, mittant, et expediant, vti et Magnates, aliique ad Dietas vocari soliti, cum praescitu tamen D. Principis, qui etiam de celebranda generali Dieta per suam Maiestatem certificabitur. Ceterum iidem Comitatus in suis libertatibus, et priuilegiis conseruabuntur. Collatio autem bonorum Ecclesiasti-

corum, et iuris Patronatus in iisdem Comitatibus suae Maiestati salua permaneant.

22.) Bona per defectum Seminis, ad Sacram regni Hungariae coronam, similiter etiam bona eorum, qui per Iudices regni ordinarios, iuxta publicas regni Constitutiones, in nota perpetuae infidelitatis conuicti fuerint, siue alio quouis legitimo modo de iure deuoluenda, ad ratificationem suae M. bene meritis conferre idem D. Princeps possit, quorum confirmatio per suam M. concedetur, atque etiam in Cancellaria suae M. gratis expedietur.

23.) Supremi Comites praedictorum Comitatum, Capitanei quoque, et Castellani confiniorum, et Hajdonum Iudices, et Senatores ciuitatum, et oppidorum priuilegiatorum, praesentes, et futuri, quicunque D. Principi iurant pro termino resignationis regni annotato, suae quoque Maiestati coram Commissariis, specialiter ad haec puncta iurabunt: quod etiam viuente D. Principe, contra suam Maiestatem Caes. ac regiam, eiusque fideles subditos, nullam hostilitatem, ad vllius mandata, et instantias exercebunt.

24.) Et, licet pacem cum Turca initam, ad praestitutum vsque terminum sua M. seruare velit, quod si tamen ingrueret bellum Turcicum, non secus ac reliqui regni Hung. Comitatus, regnicolae dictorum Comitatum D. Princi-

pi concessorum, nec non milites confiniarii, fidelem, et strenuam in eiusmodi bello operam, eidem suae Maiestati, ac Successoribus eius legitimis Hung. regibus, praestare teneantur.

25.) Denique, quod in casu obitus dicti D. Principis, statim, et defacto, ad totalem suae Maiestatis, et successorum eiusdem legitimorum Hung. regum, obedientiam, vnionemque regni redibunt, nihilque penitus Turcis, quouis sub praetextu, aut colore, ex praescriptis partibus regni, concessuri, aut tradituri sunt. Quibus etiam confiniis idem D. Princeps pro viribus ita prouidebit, vt illa ab omni hostilitatis periculo secura existant. Assecurabit insuper et Transsiluania suam M. Caes. et Successores eius, legitimos reges Hung. quod ad praedictos septem Comitatus, ac ciuitatem Cassouiensem, nihil iuris aut successionis sibi vendicabit, neque in iis citra benignum suae M. assensum, delectum militum faciet.

26.) Castrum *Munkács*, cum omnibus suis bonis, et pertinentiis quibuslibet, dicto D. Principi, haeredibusque et successoribus eius, nec non Legatariis etiam in et pro 300,000. fl. Hungaricalium, sua M. inscribit, et impignorat, ea sub conditione, vt viuo ipso D. Principe, ne capitalis quidem summae depositione redimi possit, illo vero e viuis sublato, ab haeredibus, vel successoribus, vel quibus legauerit, non ali-

ter, quam depositis dictis 300,000. fl. Hungaricalibus, aufferri, redimique possit.

27.) Consentit porro sua M. vt idem D. Princeps arcem *Tokay*, vna cum omnibus bonis ad eam pertinentibus, nec non oppidis *Tarczal*, et *Keresztur*, a modernis eorum possessoribus, sub iisdem, quibus apud illos existunt, conditionibus, pro se, et suis haeredibus, successoribus, legatariisque, deposita ipsis pecunia, redimere valeat, ad cuius redemtionem sua M. dicto D. Principi, ex sua munificentia, centum millia fl. Hungaricalium intra tres menses, a commutatione diplomatum computando, numeranda offert.

28.) Arcem *Eched*, ipsi D. Principi, sua M. similiter in centum millibus fl. Hungaricalium concedit, ea conditione, quod si familia *Bathoryana*, et ceteri praetendentes, illam iure obtinuerint, priusquam arcem, et bona sic obtenta, familiae *Bathorianae* D. Princeps resignaret, dicta centum millia fl. Hungaricalium sua Maiestas paratis pecuniis, D. Principi numerari curabit. Si autem in rationem suae Maiestatis arx illa, et bona adiudicata exstiterint, eo in casu, illa D. Princeps vita sua durante, haeredes vero, et posteritates, successoresque eius, et legatarii tam diu, donec summa praescripta illis plene, et integre per suam M. vel Successores eius, legitimos reges Hung. deposi-

ta, persolutaque fuerit, tenere, possidereque possint et valeant. Addito hoc etiam, vt bona ad arces Zathmar, et Eched pertinentia, oppignorata, suo aere, eo iure, quo moderni possessores possident, ab iisdem pro se se, haeredibus, posteritatibus, successoribus, legatariisque suis redimendi facultatem habeat, ipsisque summa redemtionis salua, et integra permaneat.

29.) Pro conseruatione confiniorum in Comitatibus D. Principi concessis existentium, militumque praesidiariorum, eorum locorum, sua M. annuatim ex contributionibus Imperialibus, 50. millia fl. Rhenensium, per sexaginta xferos singulum computando, subministrare curabit, ita tamen, vt dicta summa per Commissarios suae Maiestatis, praesente Commissario D. Principis, iisdem confiniariis persoluatur.

30.) Omnis generis commercia, et quaestus, solutis tamen iure soluendis, vti et seruitia omnibus Statibus, et Ordinibus, libera, licitaque sint vtrinque, hoc addito, quod si qui ex alterutra parte, se se ad seruiendum conferre voluerint, id ipsum prius generali Capitaneo, vel vero supremis Comitibus, quorum videlicet officiolatui subsunt, intimabunt, fiatque eorum cum consensu.

31.) Quodsi autem malefactores, officiales, et factores suae Maiestatis, vel aliquorum regni-

colarum, damna aut maleficia perpetrantes, in Transiluaniam, vel partes illi adiunctas, aut Comitatus, nunc D. Principi concessos transfugerint, ex tunc tales, tam ad requisitionem suae Maiestatis, quam quorumuis regnicolarum querelas, ibidem quamprimum iuri sistantur, atque hi de damnis illatis iuxta decreta regni puniantur. Idem etiam ex parte suae Caes. regiaeque Maiestatis fiat.

32.) Conclusum etiam est, vt si qui regnicolarum et Nobilium, bona in ditione D. Principi concessa, habentium in ditionibus suae M. residere voluerint, id illis liberum sit, bonis omnibus eorum, in ditione D. Principis existentibus, saluis permanentibus, quod etiam ex parte suae Maiestatis concedetur.

33.) Quandocunque D. Princeps, arma omnis generis, pro suis necessitatibus, in regnis, et ditionibus suae Maiestatis, emere, comparare, et inde in ditionem suam abduci curare, necesse habuerit, id illi, requisita prius sua Maiestate, liberum erit, sine vlla vectigalis, suae Maiestati tantum debiti solutione.

34.) Vt idem D. Princeps pro suis vsibus, et necessitatibus, mechanicos, artifices, cuiuscunque artis, et conditionis fuerint, ex regnis, et ditionibus suae Maiettatis, conducere, et euocare possit, et valeat.

35.) Et licet pax cum Turca, vtrinque seruanda sit, quod si tamen ipse ob pacem hanc initam, aut vero confinia, et fines aliquos, ex ditionibus D. Principis, sibi dari postularet, quod illi omnino denegabitur, ob hoc, aut aliter contra eundem D. Principem, bellum moueret, ex tunc sua M. tam suis, quam etiam S. R. Imperii, Catholici Hispaniarum regis, aliorumque xtianorum regum, et Principum, viribus, et auxiliis impetratis, D. Principi tempestiue auxiliabitur, dummodo D. Princeps etiam, suam M. ea de re mature edoceat, sicut etiam hoc ipsum apud Principes, et Ordines Imperii, regemque Catholicum praemonere, et de voluntate, auxiliisque eorundem. D. Princeps, quanto citius certificare, non intermittet.

36.) De pace transacta, et stabilita, Serenissimum Poloniae regem sua Maiestas certificabit, et requiret, vt inter eundem, et D. Principem, regna item, et prouincias, bona, et fida vicinitas conseruetur, dummodo et D. Princeps, se se debite accommodare studeat.

37.) Quod si confinia, et arces D. Principi per suam Maiestatem concessae, aliqua restauratione, et reaedificatione opus habuerint, sua M. per dictum D. Principem requisita, Commissarios ad illa perlustranda mittet, ac, si quae aedificatio in iisdem necessaria comperta fuerit, ad relationem, et informationem eorundem

Commissariorum, sumtus necessarios eidem D. Principi subministrari curabit.

Nos itaque, quibus a natura, institutoque nostro, nihil charius, potiusque, vnquam fuit, quam saluti, et tranquillitati populorum nobis diuinitus commissorum consulere, praescriptos vniuersos, et singulos articulos, ac omnia in eo contenta, ex certa nostra scientia, et animo bene deliberato, acceptamus, approbamus, et confirmamus, assecurantes saepe dictam Sacr. Caes. regiamque M. eiusque Successores, legitimos Hung. Boh. reges, in verbo nostro Principali, et bona fide xtiana, quod praescriptos vniuersos articulos, in omnibus eius punctis, et clausulis, tam nos ipsi obseruabimus, quam etiam per alios subditos nostros, cuiuscunque Status, et conditionis sint, obseruari faciemus. Ad quod obseruandum etiam Successores nostros legitimos, quos videlicet transactio ista concernere dignoscitur, obligatos esse volumus. Harum nostrarum manus nostrae subscriptione roboratarum vigore, et testimonio litterarum mediante. Datum in libera ciuitate Zakolcza, die 6. mensis Ianuarii, anno Domini 1622.

GABRIEL. m. p.

Stephanus Kovàchóczy. m. p.

XLVI.

XLVI.

Puncta, et articuli Conclusionis Nickelsburgensis.

Anno 1622. *cum Gabriele Bethlen initae, et a Ferdinando II. die 7. Ian. eod.* 1622. *confirmatae.* Apogr.

1.) Quod D. Princeps Transsiluaniae, titulum regium, omnemque administrationem, ac regimen, Insignia item eiusdem regni Hung. totaliter, et simpliciter abdicet, et deponat, neque vllo vnquam praetextu, in admistrationem regni, et Gubernationem se ingeret: exceptis dominiis, quae vigore praesentis Transactionis, eidem D. Principi conceduntur.

2.) Item, D. Princeps, ciuitates, arces, et confinia regni suae Maiestati relinquenda, vna cum omnibus tormentis, pulueribus, munitionibus, et instrumentis bellicis, prout nunc sunt, ad manus suae M. Commissariorum resignabit, nec quidquam ex eisdem auelli, et asportari faciet.

3.) Bona etiam, et redditus Fiscales vniuersos, mineras item, et omnis generis metalli fodinas, similiter ad rationem suae Maiestatis remittentur, simul cum omnibus instrumentis ad easdem spectantibus, sine vlla destructio-

ne, et corruptione, ad manus eorundem suae M. Commissariorum cedet, et assignabit, nec a modo in posterum, eiuscemodi prouentus pro se vsurpabit, aut occupari faciet.

4.) Ad horum omnium resignationem, et et effectuationem, certi vtrinque aequali numero, sub hac ipsa Transactione denominabuntur Commissarii, quorum alii post 15. dies, a die commutatorum Diplomatum computando, ad partes regni vltradanubianas, alii vero cisdanubianas, iter suscipiant. Vtrobique, omnes ciuitates, arces, et confinia, ad rationom suae Maiestatis, commissarii D. Principis ad manus suae M. assignent. Vbi etiam Capitanei, et officiales, militesque confiniarii, et alii omnes, qui domino Principi iuramenta praestiterunt, ab eiusmodi iuramento liberi, et immunes pronunciabuntur per dictos D. Principis Commissarios. Commissarii porro suae M. pro partibus cisdanubianis ordinati, recta *Cassouiam* etiam se se conferent, ibidemque ciuitatem eandem, Comitatus, arces, et confinia, ac omnem ditionem, D. Principi per suam M. concessam, eidem D. Principi, iuxta dictamen huius Transactionis, diplomatisque superinde confecti assignent, conuocatis eodem per D. Principem, ac praesentibus antelatorum Comitatuum, confiniorum, ciuitatum, Comitibus, Capitaneis, et nunciis.

5.) Sacram regni coronam dictus D. Princeps, cum omnibus clenodiis, et ornamentis, priusquam praescripti Commissarii suae M. *Cassouiam* deuenerint, eodem deduci faciet, ibidemque facta eiusdem diligenti reuisione, et recognitione, per Commissarios suae M. in praesentia DD. Conseruatorum, eandem coronam, et clenodia, per dictos DD. conseruatores, et suae M. Commissarios, e ditione sua illaese efferri, ac in ciuitatem *Trinchiniensem* transferri curabit, decentem etiam comitiuam DD. Conseruatoribus, et Comissariis vsque ad ditiones suae M. adiunget. Quae quidem Sacra Corona vsque ad proxime futuram Dietam regni generalem, in dicta ciuitate Trinchiniensi per eosdem DD. Conseruatores conseruabitur, donec videlicet in futura primitus celebranda Dieta, in locum eius conseruationis Posonium antea destinatum debito modo reducatur.

6.) Archiuum porro Camerae Scepusiensis, iidem suae M. Commissarii, et iidem D. Principis etiam reuideant, et inuentent, committantque curae, certae, et iuramentali religione, tam suae Maiestati, quam etiam ipsi D. Principi obstrictae personae conseruandum. Et si quid suae M. vel antelato Principi pro vsu ratione Comitatuum eidem concessorum, necessarium fuerit, idem conseruator in paribus extradet fideliter.

7.) Arces omnes, et bona immobilia, quocunque nomine nuncupata, tam Ecclesiasticorum, quam Saecularium per hosce motus ablata, et occupata, prioribus eorum dominis, et possessoribus pro eodem termino regni resignationis, sine dilatione, et renitentia, omnia, etiam conditionibus sibi per suam M. concessis, dimittet, et restituet, vti etiam litteras, litterariaque instrumenta, similiter, et sigilla Capitulorum, si quae reperirentur, demtis tamen omnibus illis, quae hactenus cuipiam inscripta, vel donata essent, et quae D. Principi per suam M. concessa sunt.

8.) Quod vero donationes bonorum tam Saecularium, quam Ecclesiasticorum, simplices, et pro Seruitiis factas, concernit, illae post duos demum menses, a die commutationis diplomatum computando, per Commissarios certos, ex omnibus regni statibus, per suam M. ex ditionibus vero D. Principi concessis, per eundem denominandos, et transmittendos, inter quos et Iudices regni ordinarii, qui adhuc supersunt, intersint, ac, si interim Iudex Curiae a sua M. creabitur, et ipso praesidente, reuideantur. Inscriptiones autem, et bona impignorata per D. Principem, maneant in suo vigore, donec regnicolae in futura proxima Dieta regni, illa eliberabunt, illosque, qui pecuniam dederunt, contentabunt. Amodo au-

tem nullae amplius Inscriptiones fiant quouis praetextu, et titulo.

9.) Nobilitationes per D. Principem factae, maneant in suo vigore, ita tamen, vt in dicta proxima futura Dieta litterae superinde producantur, vt sciatur eorum Nobilitas, ne quid contra leges peccetur in eo.

10.) Arces, et bona haeredum quondam Comitis Georgii Homonyai, idem D. Princeps post resignationem regni, statim ad manus relictae eiusdem Tutricis legitimae, ac naturalis orphanorum resignabit. Si quid autem vlterius in praescriptis bonis disponendum erit, fiat iuxta iura regni. Litterae etiam et litteraria instrumenta, factum eorum bonorum concernentia diligenter requirantur, manibnsque eorundem Tutricis, et orphanorum, sub inuentario coram certis autenticis personis assignabuntur.

11.) Captiuos, qui quidem nondum de sua eliberatione contraxerunt, absque vlla lytri solutione, idem D. Princeps dimittet, et libertati pristinae restituet.

12.) Pollicetur praeterea idem D. Princeps, quod amodo in posterum contra suam M. C. et regiam, Serenissimam Domum Austriacam, eiusque fideles subditos nullam hostilitatem exercebit, arma sumet, et neque eos, infestabit, consiliaque noxia agitabit, nec hostes eiusdem, nullo vnquam modo adiuuabit, parem

suae M. C. ac regiae, inclytaeque Domus Austriacae, erga se se, Successoresque suos legitimos beneuolentiam, et benignitatem D. Princeps experturus.

13.) Vicissim sua praefata Imperatoria M. eundem D. Principem, auctoritate, et potestate Imperiali, in Principem S. R. Imperii creat, et declarat, praeterea duos in Silesia Ducatus, Opuliae, et Ratiboriae, cum vsu titulorum, et Insignium libere, omnique eo iure, et iurisdictione, obuentionibusque, etiam iis, quibus quondam Princeps *Sigismundus Bathori de Somlyo*, tenuit, et possedit, ac gauisus est, ipsi D. Principi, et vni ex filiis ex propriis lumbis, et thoro legitimo, procreando, iis vero non existentibus, filio adolescenti primo, et nepoti *Stephano Bethlen* iuniori, ad dies vitae suae, benigne confert, bonis Ecclesiasticis, et prouentibus Cleri, immunitatibus, et iurisdictionibus, religionisque Catholicae exercitiis, in his tamen Ducatibus Silesiacis, saluis, et illaesis permanentibus, nec non vllo pacto alterius religionis introductione, vel aliter qualitercunque, per ipsum D. Principem, vel quosuis alios variando, vel turbando.

14.) Quoad titulum, benigne sua M. consentit, vt praeter titulum vsitatum Principis Transsiluaniae, titulo Serenissimi *S. R. Impe-*

rii Principis, Ducisque *Opuliae*, et *Ratiboriae* vtatur.

15.) Ad haec sua M. memorato D. Principi, septem integros Comitatus regni, vltra cis Tibiscum habitos, vtpote, Szathmariensem cum eiusdem nominis castro, *Zaboch*, *Ugocsa*, *Beregh*, *Zemplin*, *Borsod*, (excepto Zenderő,) et *Abauivariensem*, vna cum ciuitate *Cassouiensi*, simul cnm cunctis eorum antiquis metis, et limitibus, tam intra, quam extra Tibiscum, prouentibusque, et reditibus Fiscalibus, plenaria cum iurisdictione, et gubernatione, iuxta tamen conditiones, paulo infra declarandas, ad dies vitae suae, tenendos, et possidendos concedit, Tricesimarum etiam ibidem prouentibus pro D. Principe permanentibus.

16.) Quod in praefatis septem Comitatibus, ipsi D. Principi concessis, liberum vbique etiam Catholicae religionis exercitium, et iurisdictio Ecclesiastica pacifice admittatur, et perseueret.

17.) Quod decimas omnes cistibiscanas, ad rationem Ecclesiasticorum, ac legitimorum possessorum, idem D. Princips relinquat, decimae vero vltra Tibiscanae, omnes ad rationem eiusdem D. Principis maneant, ad confiniorum intertenentionem conuertendae, pro quarum precio, earum legitimos possessores sua M. aliunde contentatura est.

18.) Praedicti Comitatus regni legibus, et iuridicis iurisdictionibus Palatini, et Iudicum regni ordinariorum subsint, cum solitis executionibus, atque etiam Nuncios suos more consueto ad generales regni Dietas mittant, et expediant, vti et Magnates, aliique ad Dietas vocari soliti, cum praescitu tamen D. Principis, qui etiam de celebranda generali regni Dieta certificabitur. Ceterum, iidem Comitatus in suis libertatibus, et priuilegiis conseruabuntur. Collatio autem bonorum Ecclesiasticorum, et Iurispatronatus in iisdem Comitatibus, salua permaneat suae Maiestati.

19.) Bona per defectum Seminis ad sacram regni coronam, similiter etiam bona eorum, qui per Iudices regni ordinarios iuxta publicas constitutiones regni, in nota perpetuae infidelitatis conuicti fuerint, siue alio quouis modo legitimo de iure deuoluenda, ad ratificationem suae M. benemeritis personis conferre idem D. Princeps possit, quorum confirmatio per suam M. concedetur, atque etiam in Cancellaria suae M. gratis expedietur.

20.) Supremi Comites Comitatuum praedictorum, Capitanei, et Caſtellani confiniorum, et Haidonum, Iudices, et Senatores Ciuitatum, et oppidorum priuilegiatorum, praesentes, et futuri, qui D. Principi iurarunt, pro termino annotato, suae quoque Maiestati, coram Com-

missariis eiusdem specialiter ad haec puncta iurabunt: quod etiam, viuente Principe, contra suam M. C. et regiam, eiusque Successores, legitimos reges, et regnum Hungariae, eiusque fideles suditos, nullam hostilitatem, ad vllius mandata, et instantiam exercebunt.

21.) Et licet pacem cum Turca initam, ad praescriptum vsque terminum sua M. seruare velit, quod si tamen ingrueret bellum Turcicum, non secus, ac reliqui Hungariae Comitatus regnicolae dictorum Comitatuum D. Principi concessorum, nec non milites confiniarii, fidelem, et strenuam in eiusmodi bello operam, eidem suae M. et Successoribus eius legitimis Hungariae regibus praestare teneantur.

22.) Denique quod in casu obitus D. Principis, statim, et defacto, ad totalem suae Maiestatis, et Successorum suorum, legitimorum Hung. regum obedientiam, vnionemque regni redibunt, nihilque penitus Turcis, quouis sub praetextu, et colore, ex praescriptis regni partibus concessuri, et tradituri sunt. Quibus etiam confiniis idem princeps pro viribus ita prouidebit, vt illa ab omni hostilitatis periculo secura existant. Assecurabit insuper et Transsiluania suam M. Caesarem, et Successores eius, legitimos Hung. reges, quod ad praedictos septem Comitatus, ac ciuitatem Cassouiensem, nihil iuris, aut successionis sibi vendicabit, neque

in iis citra benignum suae M. concessum ductum (fors conductum) militum faciet.

23.) Castrum *Munkács*, cum omnibus suis bonis, ac pertinentiis quibuslibet, dicto D. Principi, haeredibusque, et Successoribus suis, atque Legatariis, in et pro summa trecentorum millium fl. Hungaricalium sua M. inscribit, et impignorat, ea sub conditione, vt viuo ipso D. Principe, ne capitalis summae depositione quidem redimi possit, illo vero e viuis sublato, ab haeredibus, et successoribus, vel quibusuis legauerit, non aliter, quam depositis dictis trecentis millibus fl. Hungaricalium, aufferri, aut redimi possit.

24.) Consentit porro sua M. vt idem D, Princeps arcem *Tokáy*, vna cum reliquis omnibus bonis, nunc ad eum pertinentibus, nec non oppidis *Tarczal*, et *Kereſztur*, a modernis eorum possessoribus, sub iisdem, quibus apud illos existunt, conditionibus, pro se, et suis haeredibus, successoribus, Legatariisque, deposita ipsis pecunia, redimere valeat, ad cuius redemtionem sua M. dicto D. Principi, ex sua munificentia 10,000. fl. Hungaricalium intra tres menses, a die commutatorum diplomatum computando, numerandos offert.

25.) Arcem *Eched* ipsi D. Principi similiter in 100. millibus fl. concedit ea conditione, quod si familia Bathoryana et ceteri praetenso illam iure obtinuerint, prius quam arcem, ac Bo-

na sit obtenta familiae *Bathorianae* D.Prin. resignaret, dicta 100. millia fl. sua M. paratis in pecuniis D. Principi numerari curabit. Si autem in ratione suae M. arx illa, et bona exstiterint, in casu illo D. Princeps, vita sua durante, haeredes vero, et Successores, posteritatesque, et Legatarii, tam diu, donec summa praescripta illis plene, et integre per suam M. vel successores eius, legitimos Hung. reges deposita, persolutaque fuerit, tenere, possidereque possint, et valeant. Addito hoc etiam, vt bona ad arces *Szathmar*, et *Eched* pertinentia, oppignorata, suo aere, eo iure, quo moderni possident, ab iisdem pro se se, haeredibus, et successoribus, posteritatibus, et Legatariis suis, redimendi facultatem habeant, ipsisque summa redemtionis salua, et integra permaneat.

26.) Pro conseruatione confiniorum in Comitatibus, D. Principi concessis existentium, militumque praesidiariorum, eorum locorum, sua M. annuatim, ex contributionibus Imperialium, 50. millia fl. per 60. xferos singulum computando, subministrari curabit, ita tamen, vt dicta summa per Commissarios suae M. praesentibus Commissariis D. Principis, iisdem confiniariis persoluantur.

27.) Omnis generis commercia, et quaestus, solutis de iure soluendis, vti et seruitia omnibus Statibus, et Ordinibus libera, licitaque sit vtrinque: hoc addito, quod si qui ex al-

terutra parte, se se ad seruiendum conferre voluerint, id ipsum prius generali Capitaneo, vel vero supremis Comitibus, quorum videlicet officiolatui subsunt, intimabunt, fiatque eorum cum consensu.

28.) Quod si autem malefactores, officiales, et Factores suae Maiestatis, vel aliorum regnicolarum, damna, aut maleficia patrantes, in Transsiluaniam, et partes illi adiunctas, aut Comitatus nunc D. Principi concessos, transfugerint, extunc tales, tam ad requisitionem suae M. quam quorumuis regnicolarum querelas, ibidem quamprimum iuri sistantur, atque hi de damnis illatis iuxta Decreta regni puniantur. Idem ex parte suae M. C. et regiae fiet.

29.) Conclusum item est, quod si qui regnicolarum, et Nobilium, bona in ditione D. Principi concessa habentium in Ditionibus suae M. residere voluerint, id illis liberum sit, omnibus bonis eorum in ditione D. Principis existentibus, saluis permanentibus, prout etiam ex parte suae M. concedetur.

30.) Quandocunque D. Princeps, arma omnis generis, pro suis necessitatibus, in regnis, et ditionibus suae M. emere, comparare, et inde in ditionem suam aduehi curare, necesse habuerit, id illi, requisita prius sua M. liberum erit, sine vlla vectigalis, suae Maiestatis duntaxat debita, solutione.

31.) Item; idem D. Princeps, pro suis vsibus, et necessitatibus, mechanicos, artifices cuiuscunque artis, et conditionis fuerint, ex regnis suae M. conducere, et euocare possit, et valeat.

32.) Et licet pax cum Turca, vtrinque obseruanda sit, quod si tamen ipse D. Princeps ad pacem hanc initam, aliqua confinia, et fines aliquos e ditionibus D. Principis sibi dari postularet, quod illi omnino denegabitur, et ob hoc contra eundem Principem bellum mouerit, ex tunc sua M. tam suis, quam etiam S. R. Imperii, Catholici Hispaniarum regis, aliorumque xtranorum Regum, et Principum viribus, ac auxiliis impetratis, D. Principi auxiliabitur tempestiue, dummodo idem Princeps ea de re suam M. mature edoceat, sicut etiam hoc ipsum apud Principes, et Ordines Imperii, regemque Catholicum promouere, et de voluntate, auxiliisque eorum, D. principem quantocius certificare, non intermittet.

33.) De pace transacta, et stabilita, serenissimum Poloniae regem sua M. certificabit, et requiret, vt inter eundem, et D. Principem, regna item, et prouincias, bona et fida vicinitas conseruetur, dummodo et D. Princeps se se debito modo accommodare studeat.

34.) Quod si confinia, et arces per suam M. domino Principi concessa, aliqua restaura-

tione opus habuerint, M. per D. Principem requisita, Commissarios ad illa perlustranda mittet, et si quae aedificia in iisdem necessaria comperta fuerint, ad relationem, et informationem eorum DD. Commissariorum sumtus necessarios eidem D. Principi subministrari curabit. (a)

Diploma regium *Statibus et Ordinibus regni, Principi Bethlenio coniunctis, an.* 1622. *datum.*

Nos *Ferdinandus* cet. Memoriae Commendamus cet. Quod cum nos ad motus inteſtinos, qui nuper in regno noſtro Hung. exorti fuerant, pacifice componendos, certis noſtris Commissariis, vtpote Reuerendis tit. tit. Consiliariis noſtris plenipotentiam dedissemus noſtram, qui quidem Commissarii nosſtri poſteaquam cum ablegatis Illuſtrissimi D. *Gabrielis Bethlen* cet. Similiter litteris plenipotentialibus munitis, vtpote Sp. cet. (b) praefati Principis Consiliariis in ciuitate *Nikelspurg*, in Marchionatu noſtro Morauiae sita, conuenissent, poſt plures, et varios Tractatus, vltro citroque habitos, ad tol-

(a) In Exemplo, cui *Bethlenius* subscriptus eſt, articuli censentur 37. hic solum 34.

(b) Nomina Commissariorum vtrobique in Copia deerant.

lendos, sopiendosque huiusmodi motus, et nouitates, cum dictis Statibus, et Ordinibus praefato D. Principi coniunctis, ad infra scriptam pacis, et mutuae reconciliationis concordiam, oblationes, et conditiones, clementer deuenimus, quae in hunc modum sequitur.

1.) Quod Status et Ordines omnes, in ipsorum libertatibus, immunitatibus, et priuilegiis clementer confimabimus: articulos *Pacificationis Viennensis*, constitutiones ante, et post coronationem *Matthiae Imp. et Regis* in an. Domini 1608. editos, vna cum 17. conditionibus, ante felicem nostram coronationem peculiari diplomate per nos admissis, receptis, et confirmatis, clementer obseruabimus, et obseruari faciemus, dictasque 17. conditiones, in proxime celebranda Dieta, generalibus articulis inseri, et publicari dignabimur.

2.) Quod amneſtiam, et obliuionem, omnibus Statibus, et Ordinibus, qui Maiestati noſtrae reconciliati fuerint, omnium eorum, quae a die 4. mensis Martii anni 1609. vsque modo hinc inde geſta, commissaque fuerant, benigne concedimus, ita, quod omnes caedes, rapinae, spolia, caſtrorum interceptiones, ciuitatum, oppidorum, villarum, et possessionum occupationes, generaliter vero vniuersae violentiae, sub hoc tempore, factae, et patratae, nulli omnium cuiusuis status, conditio-

nis, et praeeminentiae, imputentur, sed de plano, et simplici oblitterentur, ac nullo vnquam tempore, quouis exquisito modo, et colore, neque M. noſtra, ac Successores noſtri, legitimi reges Hung. nec ipsi damnificati regnicolae, ad inuicem, palam vel occulte, in vel extra iudicium, per se se, vel per alios possint propterea vel impediri, vel aliqualiter aggrauari. Quin imo hi omnes vniuersi, super suis factis, intra praefatum tempus commissis, a quibusuis actoribus, causidicis, litigantibus, tam intra, qnam extra iudicium, liberi, penitusque absoluti sint, et habeantur, nec eos, quouis modo, quiuis Iudex ordinarius iudicare valeat, aut praesumat, praeterquam seruitores noſtrae M. aliorumque dominorum, et Nobilium ad dandas rationes obligatos, qui hinc excepti, ad dandas rationes omnino adſtringentur. Quod si compertum fuerit, prouentus tam nostros, quam regnicolarum, armis, aut violenter ablatos, ab illis fuisse, in eo casu ad talium prouentuum restitutionem non teneantur. Si quis etiam ex praedictis Statibus, et Ordinibus, quaeuis castra, fortalitia, aut munitiones sponte, aut inuite manibus Hungarorum tradidissent, aut assumto sibi exterorum, Turcarum, vel Tartarorum auxilio, nobis, aut Hungaris, vel etiam vicinis prouinciis damna intulissent, nec non liberas ciuitates, fodinas, oppida, vil-

las,

las, possessiones taxas, census, et prouentus, quouis nominis vocabulo nuncupatos, percepissent, et pro se vsurpassent, sint sicuti ceteri absoluti, ita tamen, vt de cetero, ab omnibus huiusmodi penitus abſtineatur. Sicut etiam vicissim, regni Hung. regnicolae, et ad illud pertinentes prouinciae, et Comitatus nobis, et Successoribus noſtris, legitimis Hung. regibus, ad perpetuam fidem, fidelitatem, et obseruantiam se se obligabunt, per publicas regni conſtitutiones, quod saluis semper iuribus, et libertatibus regni permanentibus, nunquam defectionem, rebellionem, insurrectionem, publicae pacis perturbationem, vicinarum prouinciarum inuasionem, et populationem, internam, vel externam conspirationem, Turcarum, et Tartarorum, ac aliorum quorumcunque hoſtium, in regnum Hung. et vicinas prouincias introductionem, priuata conuenticula contra noſtram M. contraque bonum regni in aeternum molientur, vel quouis exquisito colore, et praetextu attentabunt.

3.) Quod Dietam in dicto regno noſtro Hung. generalem primo quoque tempore, et quidem ad summum, intra sex menses, a die permutandi diplomatis huius computando, si prius commode fieri non posset, celebrandam publicabimus, in eaque grauamina omnia, vniuer-

sorum statuum, iuxta conditionem 2. tollemus, et effectuabimus.

4.) Quod confinia quoque dicti regni noſtri Hung. vt muniantur, militumque etiam praesidiariorum stipendia certo praestentur, omnia opportuna, et neceſsaria media adhibebimus.

5.) Vt pax cum Turca inita, etiam deinceps ad praescriptum vsque terminum obseruetur, nos diligenter curaturos, offerimus.

Nos itaque, quibus a natura, inſtitutoque nostro nilcharius, potiusque vnquam fuit, quam saluti, et tranquillitati populorum, nobis diuinitus commissorum, benigne consulere, praescriptos vniuersos, et singulos articulos, omniaque, et singula in eis contenta ex certa noſtra scientia, et animo bene deliberato, acceptamus, approbamus, ratificamus, et confirmamus, assecurantes supra dictos Status et Ordines, in verbo noſtro Caesareo, et regio, ac bona fide xtiana, quod praescriptos vniuersos, et singulos articulos, in omnibus suis punctis, articulis, et clausulis cet. quam per alios obseruari faciemus. Ad quod obseruandum etiam Successores nostros, legitimos Hung. reges, quos videlieet iſta Transactio concernere dignoscitur, obligatos esse volumus, harum noſtrarum Secreto Sigillo noſtro, quo vt Rex Hungariae vtimur, impendenti communitarum vigore, et teſtimonio Litterarum. Dat. in ciuitate nostra Vi-

ennae Auſtriae, die 7. Ianuarii, anno 1622. regnorum noſtrorum Romani tertio, Hungariae, et reliquorum quarto, Bohemiae vero an. quinto.

FERDINANDVS m. p.

Valentinus Lépes m. p.
Electus A. Episc. Colocen.
Laurentius Ferenczffy m. p.

XLVII.

Ad Pazmanum.

Bethlenius a Pazmano certior factus de Commissariis ex Caesaris parte denominatis, se etiam suos iam destinasse significat, sed numerum vtrinque secundum pacta conuenta aequari debere; numerum suorum recenset, eosque, modo Caesarei non morentur, Tirnauiae tempori adfuturos promittit, cupitque haec Caesari indicari. d. 17. Ian. 1622. Ex autogr.

Gabriel Dei gratia cet. Illuſtris. ac R R. cet. Az Kegielmed levelet ez mai napon utunkban szolgaia altal vettűk, melybeől irasanak minden reszeit megh ertettűk. Az miazert illethi az kegielmed Nikelspurgbol vizza meneteli utan Cziaszar eő Felsegenek valo relatioiatt, es az vegezes szerent az Commissariusoknak az eő Felsege részéreől valo denominatioiatt, aztmyis

hozzank megh erkezett Commissariusinktol beősegesen ertettűk, es az eő Felsegevel valo vegezeshez akarvan tartani magunkot, minekeleőtte Nagizombattbol megh indultunk volna, az mi reszűnkreől valo Commissariusok denominalasara nem keves gondunk volt, melyet elis vegezven, es azoknak tellies Inſtructiot advan, mihez tarcziak magokat, akaratunkott nekik intimaltukis, az kik elis hittiők, hogy annak ideien az nekik adot Inſtructionk szerent hivatalliokban fogiatkozas nelkűl el járnak. Cziak hogi kevantatik, a mint az vegezeſt az mi Commissariusink nekűnk referalták, hogi a szemeljeknek denominatioia egjenleőkeppen legien mind az ket reszreől, es igiazt kerie Kegielmed az eő Felsege reszereől feőkeppen az Dunan inétt neveztettek megh haladgiak szammal az mi reszűnkreől valokat; seőtt azok keőzzűl kegielmed olliatis nevez, az kit mi denominaltunk mi részűnkreől valo Commissariusnak: holot az Dunan inét cziak *Forgacz Petert*, *Liptai Imret*, es *Litassy Istvant* denominaltuk: az Dunántul pedigh *Nadasdy Palt*, *Szechy Mihalt*, *Sennyei Gaspart*, es *Szepsy Ianost*.

Elhittűk azert, hogi eő Felsege Cziaszaris értvén ezt, az végezes szerent chelekezik ez dologhbolis, mivel in pluralitate personarum az dologhnak mivolta nem áal; elegh az, hogi mi szyncere akarunk az eő Felsegevel valo vegezes

szerent mindenben procedalni. Ezek azert az mi Commíssariusink annak idein Nagizombatba giűlekeznek, es mi arrol Generalis Urunknak advan bizonios tanusagot, cziak az eő Felsege reszereől legienek készen, es vegjenek ertelmett eő Kegielmeteől, annak idein megh indulhatnak, es az dolgot exequalhattiak. Az Dunantulis Instructionk szerent tudosettiak az mi Commissariusink az eő Felsege részéreől valokott, es egi más értelmei vévén, hivatalliokban el járnak annak modgia szerent. Kegielmed azert ez szerent értheti ez dologh feleől az mi akaratunkotis, es eő Felseget tudosithattia mind ezekreől. — Eandem feliciter valere desiderantes. Dat. in possessione Belus, die 17. Ianuarii anno Domini 1622.

Ill. ac RR. D. V.

amicus beneuolus.
Gabriel. m. p.

XLVIII.

Ad Eundem.

Emericus Czobor Pazmano perscribit sermonem a Bethlenio tempore prandii habitum, quo se a titulo regio dimittendo, vehementer abhorrere, et post breuem in Transsiluania quietem, se iterum erumpere velle declarauit. d. 14. Febr. 1622. Ex autogr.

Nagysagodnak mint Urunk Patronusunk ajanlom szeretetel valo szolgalattomath, jo egesseggel, hoszu eletel algia megh az Ur Isten Nagysagodat. Bethlen felűl Nagysagodnak azt irhatom. Asztala felől elgondolkodvan, igi felel neki: bizoni csak arul gondolkodtam; nagi dologh az, hogi az mikor az tracta elvegeződőth, utolso orabanis megh trefalt, es csufolt az Ersek. Azt monta, elmehetz Bethlen Kiralsagodal, it hagiad az titulust: el higie minden ember, hogi bizoni inkab akarom hogi az testemeth koporsoban tegiek, hogi ne mint gialazatosan le tegiem. El higek bizoni az kezemeth Magiar Orszagon tartom, es az szemem bizoni az Becsi kapura néz; Iagendorf felel, Főlseged fogagja szomath. A' mint montam, bizoni mindenben meg mogja vagjon Főlségednek. Ere azt felelte, be megjek Erdelben, ot egi kevis ideigh megh njukszom, es helen hagjom az Orszagoth, az egesz Szekelsegith, es egieb renden levő vitezleő nepeth megh mustralom, es ismegh kijővők. Ez beszedith akarom Nagisagodnak tutara adnom. Ez utannis a mit ertek, Nagisagodnak tutara adom. Tarchia Isten cet. Irtam Levan 14. Febr. anno Domini 1622.

Czobor Imre.

XLIX.

Ad Eundem.

Bethlenius, cum generalia regni comitia in 3. diem Aprilis, Sopronium a Caesare indicta comperisset, breuitate temporis, intra quod Proceres, et nuntii Comitatuum suae partis adesse non possent, aliisque causis adductis, Pazmanum rogat, vt Caesarem ad ea in diem primam Iunii differenda, idoneo suis loco habenda permoueat. d. 22. Mart. 1622. ex autogr.

Gabriel Dei gratia cet. Illustr. et RR. D. cet. Cziazar eő Felsege Commissariussi 13. Martii erkezven ide hozzank, mikor altalok egieb szűkseges dolgoknak rendit meg értettűk volna, ez elmult penteken, ugi mint 18. Martii, az diplomanak continentiaia szerint, az eő Felsege giűlés feleől nekűnk irt certificatoria levelét elvettűk, az melibeől az eő Felsege akarattiath ertvén, hogy ad diem 3. Aprilis Sopronban az Orszagnak generalis giűles celebraltatni indicalt volna, mind az napnak ighen rővid es alkalmatlan volta, mind penigh egieb ehez valo akadalliok feleől gondolkodvan, es itt ezekbeől az my reszűnkreől valo Varmegiekbeől jelen leveő Uraktol, es feő emberekteől megh talaltatvan

kivantatott, hogy eő Felseget levelünk altal mindgiarast ez dologh feleől requiralliuk, es az előttünk allo melto okokat eő Felsegenek mind magunk, mind penigh az Varmegiek értesere adgjuk.

Kegielmedetis akarvan azert ezek feleől tudositani, magha jol megh itelheti, illien rővid napra, es alkalmatlan utakon, szeőrniű nagy aarvizeken mikeppen lehessen, hogy innét mind az Varmegïek, mind penigh Urak Keőveti arra az napra fel erkezhessenek, holott az az elesnekis szeőrniű szűk volta minemű akadaly legien az uton jarasra mostani űdeőben, mindeneknél nylvan vagion. Kegielmedet azert szeretettel kérjűk, eő Felsegének eleiben advan ezeket az nagy melto akadaliokat, instaljon azon, hogy mind az napnak idejet alkalmatosb űdeőre, ugy mint ad 1. Iunii halaztvan az giűlésnek helie feleőlis prouideallion ugy eő Felsege, hogy az Orszaghnak erreől az reszereőlis erkezhessenek oda in tempore. Mivel azt Kegielmed magais jol megh itilheti, hogy ha ezek az Varmegiek az giűlesre semmikeppen rea nem erkezhetven jelen ott nem lehetnenek, minemű mance lenne az giűlesnek minden allapottia, es igy nemis lehetne az Orszaghnak egez, es igaz giűlese. Mind ezekreől azert eő Felsegetől, es kegielmedtőlis menteől hamarab valaszt varunk. Eandem de

cetero cet. Dat. Cassouiae die 22. Martii anno Domini 1622.
Ill. RR. D. V. amicus beneuolus.

Gabriel. m. p.

L.

Relatio Legationis.

Ad Bethlenium a Ferdinando II. Rege missae pro referenda Sacra Regni Corona. d. 28. Mart. 1622. ex Autogr.

Sacratissima Caes. regiaque M. Domine nobis Clementissime!

Fidelitatis, et fidelium Seruitiorum nostrorum humillimam subiectionem. Qualiter ad litteras Principis *Bethlenii* Cassouiam versus, Leuchouia iter nostrum direxerimus, ex humillima nostra relatione ex Kirchdorf perscripta, et transmissa, Sac. Caes. ac regiam M. vestram clementissime vna cum aliis diuersis circumstantiarum explicationibus intellexisse, demisse confidimus. Etenim d. 12. Martii Eperiesinum per itinera longe difficillima delati, ibidem pernoctare coacti sumus.

Die 13. eiusdem mensis non sine taedio, quod propter inundationem fluminis Somos ex-

perti sumus, Cassouiam appulimus, vbi nobis Princeps vsque ad primum lapidem, 200. circiter equites in occursum misit, et sub monte Cassouiensi per *Franciscum Priny*, et *Michaelem Karoly* nobis felicem aduentum est gratulatus. In ciuitatem sub ipsum crepusculum vespertinum ingressi, per hospitia separata collocati, sequentem noctem transegimus.

Die 14. Martii, matutino tempore conuenientes, de rebus Cassouiae peragendis consultauimus diligenter, et misit ad nos Princeps *Stephanum Kaszay*, qui etiam in Tractatu Nicolsburgensi a parte Principis adfuerat, significando, gratum sibi aduentum nostrum accidisse, longe autem gratissimum esse, quod Sacr. Caes. ac regiam M. vestram intelligat, prospera ac optata valetudine frui, et feliciter Viennam reuersam esse. Ceterum, se daturum operam, vt iuxta diplomatum Sanctiones, succincta methodo, ista pacis effectuatio, ipso opere adimpleatur, neque se animum habere, nos iusto diutius Cassouiae detinere, crastina autem die Principem nobis circa horam nonam antemeridianam, audientiam daturum.

His cognitis prolixam consultationem habuimus, in eoque omnib us viribus laborauimus, vt quasuis nostras actiones, sermones, propositiones, et tractationes eo moderamine, ingenio, et dexteritate dirigamus, eoque perficiamus,

ne coram Principe, aut ipsius Consiliariis, a diplomatum conclusionibus, vel latum vnguem, discedamus, vel verbo saltem nouis disputationibus ansam aliquam praeberemus, vel denique, quod nobis summum visum semper fuit, ne publice, vel priuatim contra dignitatem, et auctoritatem Sac. Caes. ac regiae M. vestrae quidquam committeretur.

Neque defuimus ea in parte officio nostro, priuatim indagare, quo animo Princeps sit, quid Comitatenses, ipsi concessi sentiant, et num pax conclusa, hominibus istarum partium sit grata, et cognouimus, Principem ipsum ad pacis studia esse promtum, Comitatus ipsi concessos reformidare istam mutationem, verum se ex eo solatium capere, quod a corpore regni non auellantur, sed regressum ipsis sperare liceat. Ceterum de pace, et eius firmitate, variae opiniones vulgo circumferebantur.

Die 14. Martii, Princeps ad audientiam nos, per *Michaelem Karoly*, et *Stephanum Pethnaházy* inuitauit, suisqne equis, et curru condecenter, ad hospitium suum deuehi curauit, inque conclaue admissis, vsque ad limen ianuae obuiam processit, porrectaque dextra ad mensam stando innixus, detecto capite, pileum in manu tenens, propositionem nostram, nomine Caes. ac regiae M. vestrae instituendam est praestolatus.

Tum ego, *Episcopus Varadinensis* Hungarico idiomate Principem, nomine S. C. ac regiae M. V. salutaui, omnemque prosperitatem, valetudinemque firmam sum precatus. Tum M. V. Sacrae erga ipsum benignitatem, et propensam, qua ipsum clementissime prosequitur, exposui, subnectens, quam salutari consilio S. C. ac regia M. V. pacis studia, bellorum incommodis, populorumque, ac prouinciarum ruinis praetulerit, et quot diſtinctis vicibus, pacificationis media attentauerit, et cum diuinitus alma pax affulserit, S. C. ac regiam M. V. clementissime se eo resoluisse, vt illa ex sua parte, sancte, et inuiolabiliter obseruetur, et illibata perennisque permaneat. Sperare autem indubie Principem idem facturum, nec vllis malis, ac noxiis pacis osoribus aures praebiturum, ac proinde cum a S. C. ac regia M. V. nihil aliud, quam quod ad publicam pacem, et tranquillitatem conseruandam pertinet, sperandum sit, requiri quoque, vt Princeps toto pectore, ad quietem tutandam, atque fouendam anhelet. Ceterum nos a S. C. ac regia M. V. cum plenaria auctoritate huc missos esse, vt diplomatum Sanctiones, et reconciliationis conclusiones exequamur, ac proinde nos optare, vt, quemadmodum hactenus resignatio per ipsius Commissarios inchoata, et maiori ex parte peracta esset, ad finem vsque eadem perduceretur. Quo facto nos quoque ad

resignationem septem Comitatuum, et ciuitatis Cassouiensis, manum admoturos, operamque diligentissimam daturos, vt, corona sacra restituta, ceterisque omnibus, ac singulis, in diplomatibus comprehensis, peractis, ex parte S. C. ac regiae M. V. nihil possit desiderari. Haec postulare diplomata, et pacificationem, haec exposcere tranquillitatem publicam, haec regnum Hung. et totam Christianitatem desiderare, vt ex hac sancta, et diuinitus data pace, innocentibus securitas, oppressis solatium, regnis, populisque fructus tranquillitatis effloreſcant.

Ad haec Princeps sat copiose respondit, et a principio precatus est a Deo, vt S. C. ac regia M. V. tamquam dominus, et rex ipsius clementissimus, diu, feliciter, et prospere optata valetudine frui, gloriose imperare, et hanc omnium votis desideratam pacem, perpetuam reddere possit, se non dubitare, S. C. ac regiam M. V. sincera clementia ad istam pacificationem studia sua adhibuisse, ac certum se quoque esse, quod ipsum C. ac regia gratia prosequi clementer velit. Huius se habere argumenta luculentissima. Ceterum ad ipsam pacem quod attinet, cupere se, ne S. C. M. veſtra vllatenus existimet, aut sibi persuaderi patiatur, quod ipse eam obseruare, et inuiolatam tenere nolit, Deum enim sibi testem esse, quod ex innocentis Chriſtiani sanguinis effusione, regnorum, et prouin-

ciarum Christianitatis desolatione, et praeteritorum temporum horribili motu summum taedium, et dolorem senserit. Non esse huius temporis, prolixe disputare, quisnam horum malorum autor fuerit, qui coram Deo rationem olim est redditurus. Ceterum cum animo pacis amante sit, paratum quoque fore, vt quaecunque diplomata complectuntur, sancte, ac iuste executioni demandentur. Velle itaque, vt eius priores Commissarii, crastina die residuos Comitatus, et ciuitates, quorum nuncii Cassouiae eo fine adessent, resignentur, executioque haec eo citius ad finem promoueatur. Etenim se in deuotione S. C. ac regiae M.V. cuius sincerum, ac fidelem seruum se esse profiteretur, modo S. C. ac regia M. V. diplomatibus omnimode satisfieri procuret, perpetuo vsque dum anima in corpore ipsius esset perseueratura, permansurum. Et licet Turca hac pacificatione non parum offensus sit, et eam irritare plurimum laboret, se tamen ipsius persuasiones non curare, desiderare autem ex animo, vt a S. C. ac regia M. V. vigore diplomatis, et aliis Christianitatis regibus, et Principibus, in casu necessitatis adiuuetur. Cetera autem circa diplomatum executionem, per *Stephanum Kaszay*, et alios suos Consiliarios, breuitatis ergo peracturum.

Habita hac audientia, vrsimus Commissarios Bethlenianos, vt illa, quae adhuc restabant, resignarent, quod se cras facturos polliciti sunt. Interea autem tanta querulantium copia nos accessit, vt quo inter tot cateruas nos verteremus, vix inueniremus, omnium tamen supplicibus libellis ad nos receptis, inde non sine ingenti molestia, certas consignationes Principi proponendas concinnauimus; et istum diem a prandiis cum querulantibus consumsimus, iustum censentes, vt eorum condigna ratio habeatur.

Die 16. Martii misit ad nos Princeps mane *Stephanum Kaszay*, *Michaelem Karoly*, et *Ladislaum Kun*, Capitaneum Zakmariensem, qui nobis 7. sequentia puncta proposuerunt.

A principio Domini *Georgii Zechy*, et ipsius seruitoris *Ioannis Bessenyey*, qui esset homo inquieti ingenii, litteras esse interceptas, in quibus, Princeps conqueritur, suam autoritatem esse laesam, dum in dictis litteris, ipse practicarum occultarum argueretur. Cupere, vt cesset D. Zechy a talibus, vel fore, vt Princeps cogatur ipsum, cum multorum nece, ac periculo compescere. Seruitorem autem ipsius esse per nos puniendum, nam ille se in nostram comitiuam ingessisset. Praeterea opus esse certitudine de 50. millibus fl. Rhenens. ex Imperialibus contributionibus, in confiniorum solu-

tionem conuertendis. Ad haec requiri ratificationem 100. millium fl. quos M. V. Sacratissima Principi ad Tokainum redimendum promisit. Praeterea quoque Principem scire velle, quando, et qualiter Ducatus Opoliae, et Ratiboriae resignari ipsi debeant.

Ad haec ordine nos resoluimus, nimirum litteras D. *Georgii Zechy* non probari, verum fore in posterum, ne huiusmodi inconuenientiae admittantur, qua de re nos D. *Zechy* per litteras simus admonituri. *Ioannem Bessenyey* quod concernit, nos illum non nouisse, neque vnquam in nostra comitiua fuisse, excepto, quod Leuchouiae aliquibus nostrorum sit visus. Ceterum, ipsum esse nobilem, et per nos puniri sine iudicio praeuio non posse. Ceterum solutionem 50. millium fl. ex Imperio subsecuturam, postquam de hac et aliis rebus S. C. ac regia M. V. in Comitiis Imperialibus, cum Principibus, et statibus Imperii, certi quid clementer determinauerit, prout id *Stephanus Kaſzay*, qui Nicolsburgi tractationi interfuit, in recenti memoria haberet. Quod spectat ad fl. 100. mille ad Tokaianam redemtionem promissos, de illis nullum dubium esse, vel enim in paratis, vel vero per transactionem cum vidua Tursoniana satisfactionem subsecuturam, denique adesse diploma, et litteras necessarias super Ducatibus Opuliae, et Ratiboriae, Principi assignandis,

signandis, quas cum ipsis inspiciendas dedissemus, bene contenti ad Principem recesserunt, nos autem in resignationem residuorum Comitatuum, et ciuitatum, nostrum laborem conuertimus. Conuenientes itaque cum Bethlenianis Commissariis, illi S. C. ac regiae M. vestrae, Comitatus, Vngh, Torna, Scepusiensem, et Sarosiensem, et ciuitates Leuchouiensem, Eperiessinensem, Cibiniensem, et Bartphensem, cum istorum Comitatuum, et ciuitatum non paruo gaudio, ac solatio resignarunt, nobisque ad manus tradiderunt.

Et quia nobis Princeps per suos homines praemissa paulo ante Puncta proponi fecit, nos e diuerso ipsi etiam ex ordine omnia ea scripto exhibere deliberauimus, quae in diplomatibus continentur, et ad effectuationem totius istius operis pacificationis pertinere visa sunt.

Die 17. Martii secundam audientiam apud Principem habuimus, illucque veluti prima vice deducti, praemisso decoro proloquio, eidem septem Comitatus, arcesque, et ciuitatem Cassouiensem, praesentibus ibi omnium istorum locorum Ablegatis, et supremis Comitibus, resignauimus, intimantes eidem, vt vigore diplomatum, eosdem in suis libertatibus, priuilegiis, et immunitatibus conseruet, illosque omni ex parte securos, et quietos manuteneat. Deinde exhibuimus ea, quae essent adhuc circa di-

ploma exequenda, subsequenter praesentauimus ipsi diploma, et reliquas S. C. ac regiae M. V. litteras, ad Ducatum Opoliae, et Ratiboriae pertinentes, adiungentes quoque alias S. C. ac regiae M. V. litteras, quibus ipsi futurorum Comitiorum celebratio intimatur. His decenter acceptis, prolixe recensuit, quanto affectu pacem colere, quibus obsequiis M. V. Sacratissimam venerari, quae seruitia Christianitati impendere, animum habeat: agere itaque gratias S. C. ac regiae M. V. pro paterna erga ipsum cura, et gratia, velle se omnibus viribus adniti, vt in tantum a M. V. S. decoratus, et exaltatus, toti Christianitati, quousque spiritus ipsius artus rexerit, impense, etiam cum rerum suarum dispendio inseruiat, se ab hoc proposito non recessurum ad vllius incitamenta, ac persuasiones. Ceterum eos, qui ipsi hodierno die essent assignati, se iuxta diplomatum Sanctiones in suis priuilegiis conseruaturum, ne vel hinc ansa contra ipsum conquerendi, prouenire possit.

Absoluta audientia, in habitatione ante ipsius Principis conclaue, voluimus supremis Comitibus, et ciuitatensibus, et Haidonum Capitaneis iuramentum M. Vestrae S. praestandum proponere, verum illud de verbo ad verbum ex diplomate desumtum, volebant illi Principis voto accedente, vna cum conditionali clausula, ampliare: nimirum, se tamdiu fideles,

ac M. V. Sacrae obstrictos fore, quamdin eadem, pacificationem praesentem, iuxta conclusionem factam, obseruaret, ac illibate teneret. Et licet istis Comitatibus, ciuitatique Cassouiensi, et liberorum Haidonum Capitaneis, sat, superque, Sac. C. ac regiam M. V. studium pacis, et erga ipsos gratiam, obseruationem libertatum, multis et prolixis verbis inculcassemus, praecipue tamen *Georgio Rakoczyo* autore, hosce homines ab illa clausula conditionali remouere non potuimus, ac proinde rei istius indignitate non parum moti, Principi per *Kaszayum* significauimus, vt subditos suos hodierna die sibi resignatos, ab eiuscemodi postulatis refroenet, ipsisque imponat, vt cessent, et absineant huiuscemodi disceptationes inchoare, et mouere, haec esse signa diffidentiae erga S. C. ac regiam M. V. rem ipsam claram, nec opus conditionibus (esse) et licet eos ad se vocasset, et allocutus fuisset Princeps, qui ista mouebant, nihil tamen illos a proposito mouere potuit. Hac difficultate animaduersa, post prolixas, et acres disceptationes, nos cathegorice resoluimus, nos nullam conditionem in iuramento admissuros, sed potius, re infecta, Cassouia recessuros, quam vt vel in minima parte, dignitas, et existimatio S. C. ac regiae M. V. offenderetur, vel eiusdem verbum regium in dubium vocaretur. Atque hac re infecta abiuimus, et priuatim con-

sultauimus, quid nobis in re tam ancipiti sit faciendum. Quamuis autem Princeps per *Stephanum Kaszay* nobis significaret, istis ingeniis duris aliquid esse tribuendum, et, se non videre, ex clausula apposita S. C. ac regiam M. V. indignationem aliquam concepturam, nos tamen ipsi nullo modo assentiendum esse censuimus, significantes Ptincipi, vt iuxta suas oblationes, dignitatem S. C. ac regiae M. V. contra istorum petulantium hominum poſtulationem defendat. Et cum hac de re vltro citroque sat superque actum, et tractatum fuisset, illo tamen die nihil certi decerni potuit.

Die 18. Martii, tempore matutino accessit ad nos, iussu Principis, *Kaszay*, nobisque retulit, Principem bene videre, clausulam iſtam non esse necessariam, sciretque S. C. ac regiam M. V. puncta sancte, et regio animo obseruaturam, cupere tamen se, vt illis turbatis capitibus aliquid tribueremus, posse enim ex hac scintilla ingentem flammam prosilire. Cum autem obseruaret *Kaſzay*, nos in proposito obfirmatos perseuerare, pollicitus est efficere, vt conditionaria clausula ex iuramento relinqueretur, quod et factum est. Nam ante prandium in heſternum locum deuecti, supremis Comitibus, Comitatensibus, et Haidonicis Capitaneis per longum recensuimus, quanto labore pax ista sit parta, quanto furore Turca regno Hungariae

inhiet, quam execranda res sit, in propria viscera saeuire, et manus Chriſtiano sanguine polluere, velint igitur gratiam S. C. ac regiae M. V. saniori consilio ponderare, regia promissa expendere, amnistiam concessam amplecti, neque vllum diffidentiae fomitem in pectore reseruare, Regum, ac Principum vota esse sancta, nec in dubium vllatenus adducenda: restare itaque, vt iuxta diplomatum continentias iurent, et istius optatae pacis fructu pacatis animis fruantur. His, et aliis argumentis commoti, iuramentum sub adiecta *Lit. A.* sine conditione praestiterunt. Qui vero iuramentum deposuerint, docet signatura sub *Lit. B.* hisce apposita. (a)

Hoc ipso die in praetorio Iudex, et Senatus Cassouiensis ciuitatis, M. vestrae Sacr. fidelitatis homagium praestiterunt.

Hac die etiam Princeps nobis per Stephanum Kaszay significauit, de 20. huius mensis die, peracta concione, Sacram Coronam se solenniter resignaturum esse. Reliquum huius diei tempus, et sequentem lucem, cum supplicantibus consumsimus, prouti S. C. ac regiam M. V. coram de eorum singulis fusius sumus demisso animo informaturi.

(a) Vtrumque documentum ab originali, ex quo haec sumsi, aberat.

Ceterum, quod attinet ad captiuos, Princeps per *Stephanum Kaſzay* significauit, nobis se captiuos Hungaros, inter quos et *Georgius Pethe* esset, dimissurum. Et licet conclusio pacificationis, in genere captiuos dimittendos esse asserat, Principem tamen semper hunc articulum de solis Hungaris, intelligere voluisse. Id recognoscere posse DD. Commissarios Caesareanos, qui tractationi interfuerunt, et licet nos omnes diploma citantes vehementer reclamaremus, et Hermannus (a) sat, sufficienterque se opposuit, ab opinione tamen sua, vsus terribilibus, ac tremendis execrationibus, non potuit diuelli.

Vrsimus quoque hoc ipso, et sequentibus diebus vehementer expeditionem diplomatis sub sigillo Principali *Bethlenii* expediri, verum tam ipsemet Princeps personaliter per *Kaszaium* significauit, se id libenter facturum fuisse, verum, sigillum nondum esse perfectum, et in montanis ciuitatibus primum sculpi.

Attulit autem *Kaszay* diploma scriptum in Consessum nostrum, asserendo, Principem, illud breui per Ablegatum proprium M. vestrae S. transmissurum, cupereque, vt tunc tempo-

(a) Pertinueritne is ad captiuos, an ad comitatum Commissariorum, nuspiam mentionem reperi.

ris illud, quod Viennae, sub *electi regis* sigillo habetur, ipsi remittatur.

Catalogum Bonorum per Principem inscriptorum, et donatorum, quantopere vrserimus, vix scribere possumus, verum nihil aliud responsi accepimus, quam in Cancellaria Principis nullam superinde exstare regestraturam. Hoc cum iterum, iterumque instanter vrgeremus, nullum tamen aliud responsum accepimus, nisi quod haec res in diplomatibus non contineretur.

Neque per nos intermissum est, vt litterae Confoederationum vel cassentur, vel reddantur, vel vero pro cautione, Princeps assecurationem M. V. Sacrae transmitteret, at ille, se nullas confoederationum litteras ad manus habere dixit, eas autem in manibus Palatini demortui remansisse, et procul dubio, apud eiusdem viduam, etiam modo exstare, ad se autem quod pertinet, sufficienter in diplomatibus cautum esse, quod nunquam contra S. C. ac regiam M. V. vel inclytam Domum Austriacam, noxia consilia agitabit, vel aliquam hostilitatem exercebit.

Nec minori cura, acta, et tractata sunt negotia viduarum, *Homonaianae*, et *Doczianae*, aliarumque laesarum personarum, quibus qualiter satisfactum, quidue responsum sit, coram

S. C. ac regiam M. V. demisse pluribus informabimus.

Die Dominica in ramis palmarum, hora vndecima post concionem, Sacra Corona, vna cum conseruatoribus, *Petro Revay*, et *Paulo Rakoczyo*, in curru proprio curauit in suum hospitium adduci Princeps, et nobis ibidem comparentibus, ac considentibus in loco publico, praesentibus Magnatibus, Nobilibusque plurimis, asseruit, caput esse huius Commissionis, vt Sacram Coronam restituat, id se itaque modo, et re ipsa praestare, ac proinde necessarium esse, vt reserata cista, eximatur, conspiciatur, recognoscatur, et cum suis clenodiis inuentetur, et se modo comprobaturum, multos sinistre de ipso loquutos fuisse, ac si hanc excellentem, et vetustam Coronam violasset. Reclusit itaque *Petrus Revay* cistam, vnica saltem claui, erat enim omnibus sigillis destituta, et fundus cistae denuo applicatus. Inuentatione itaque facta, Corona iterum ad locum suum est reducta, asserente Principe, se hoc facto, suam sinceritatem, sat, superque contestatum esse, quod pacis sit studiosissimus, vt deinceps melius custodiatur.

Die 21. Martii actum est de restitutione arcis, praesidii, et bonorum Zenderő. Verum *Stephanus Kaszay*, solam arcem, et oppidum esse promissa, et in diplomate relatum conten-

dit. Huic cum multis rationibus occursum esset, nimirum, solam Tricesimam Principi esse concessam, arci, et oppido, tamquam capiti bona esse applicata, et expresse clarum esse superinde diploma: ille tamen nullo modo Principem in hoc consensisse asseruit, nec modo assentiri velle, resignaturum autem arcem, et oppidum, ad quae occupanda, ego *Stephanus Ostrosich*, hodierno die profectus sum, ibidemque *Martinum Morich*, et in Putnok *Stephanum Orlay*, recepto iuramento, in Capitaneatum introduxi, et per solutores bellicos, a militibus exacto iuramento, stipendium menstrui ipsis numerari curaui, quibus perlustrata arce, et praesidio, Inuentarii receptionem diligenter commisi. Hoc quoque die archiuum Camerae Scepusiensis visitauimus, vt inuentatio fieret, demandauimus, praesentibus ibidem *Ioanne Rakoczy*, et *Ioanne Palaticz*, qui fuerant Consiliarii Camerales *Bethlenii*.

Die 22. Martii, porrecta est nobis Camerae Scepusiensis inuentatio per *Antonium Than*, quem vigore articuli diplomatis, pro vtraque parte conseruatorem constituimus, eidemque *Ioannem Reiss*, coadiutorem addidimus, et ab ipsis fidelitatis iuramentum exegimus. De supplicantium querelis hoc loco nihil addimus, coram singula S. C. ac regiae M. V. explicaturi.

Denominauit hodie Princeps terminum reuisionis de bonorum inscriptione, festum nempe S. Georgii M. in ciuitate Nouizoliensi, instituenda.

Tum etiam die 23. Martii, significari nobis fecit Princeps, Status Transsiluanicos assecurationem de regressu Comitatuum, arcium, et ciuitatis Cassouiensis, expedituros, postquam Dietam generalem essent celebraturi.

Captiuorum negotium, iterum per nos serio motum est, ad quod nobis responsum, se ex pietate Christiana Cassouiae detentos dimissurum, in Transsiluaniam autem non vltra 42. esse abductos, de quibus nihil posse polliceri.

Die 24. Martii ad Principem deuecti, eidem valediximus, omnia fausta, et felicia imprecantes, iterque felix, nam die 7. Aprilis in Transsiluaniam abiturus est, exoptantes, hortantesque, vt pacem sanctam sancte colat, et omnia ea, quae solenniter toties promisit, obseruet, et re ipsa exequatur, tum ille sat copiose, et nobis valedixit, rogando nos, vt S. C. ac regiae M. V. ipsius obsequia recommendemus. Turcam quidem pace hac male contentum esse, et saepius ipsi significasse, ne coronam reddat, verum, se sinceriter agere voluisse, produxitque litteras Turcicas Budensis Bassae, quibus Iagendorfium ad iter versus Constantinopolim inuitat. Suadere itaque se, vt istos e-

xules Cassouiae existentes, non solum M. V. Sacra in gratiam recipiat, sed etiam in Imperio pacem firmam constituat, quo facto, fore, vt S. C. ac regia M. V. et gloriose imperet, et hosti Turcae formidabilis sit: se denique ex imo pectore optare, vt haec pax firma permaneat, et perpetua sit. Cetera autem, quae hoc tempore, prolixe recensuit, coram oretenus S. C. ac regiae M. V. humiliter aperiemus.

Huius diei hora vndecima, cum Sacra corona, Cassouia mouentes, vna cum comitiua 100. equitum, per Principem adhibitos, Eperiessinum peruenimus, et pridie huius diei ibidem Senatum in deuotionem M. V. Sacrae recepimus.

Hinc die 25. Martii Cibinium peruenientes, et ibidem pernoctantes, die 26. Martii sub ipsum crepusculum vespertinum, Leuchouiam appulimus, vbi diem Paschatis quietum egimus, et Senatum iure iurando ad fidelitatem S. C. ac regiae M. V. recepimus. Crastina die iter nostrum, per Scepusiensem, et Liptouiensem Comitatum, Trenchinium versus dirigemus, ibidemque Sacra corona reposita, mox Viennam nos conuertemus, et S. C. ac regiam M. V. de omnibus plenius coram informabimus. In reliquo S. C. ac regiam M. V. Deus aeternus diu saluam, florentem, et feliciter imperantem conseruare ve-

lit. Datum Leuchouiae, die 28. Martii, anno Domini 1622.

Eiusd. M. V. Sacratissimae

Humillimi Capellanus, subditi, ac Seruitores
Ioannes Pyber Ep. Varadiensis m. p.
Stephanus Oztrosycz m. p.
Emericus Czobor m. p.

LI.

Relatio

De Bethlenii clandestina machinatione, ut ope Turcarum, Rex Poloniae fieret. 1622. apograph.

Quia consilia Turcis suggerit Princeps Transsiluaniae, cum *Sultan Ozman*, personaliter regnum Poloniae aggrederetur, (a) necesse non est commemorare. Nunc vero, postquam animaduertit, illustrium virorum Polonorum animos a se alienatos esse, nec spem vllam relictam suffragiis illorum, ac fauoribus regiam Polonicae gentis maiestatem adipiscendi, perni-

(a) Id an. 1622. contigit, sed ob acceptam a Polonis ingentem cladem, a suis strangulatus eodem anno, eidemque Mustapha subrogatus est.

ciosa collusione cum rege Sueciae, huiusmodi telam orditur, quam haud dubie pertexet, nisi Deus optimus interrumpat, ac assidua Serenissimi regis Poloniae vigilantia praeuertat.

Persuasit Portae Ottomannicae, nec potentiorem, nec commodiorem vllam suppetere rationem, extendendi per Europam imperii, quam si regnum Poloniae occupet, ac per illud viam sibi patefaciat, ad ipsa Romani Imperii viscera. Poloniam vero facilius, quam vlla alia regna occupari posse, quod munitis vrbibus, et castellis destituta sit, et in vno quasi conflictu campestri totius regni occupatio consistat.

Cum igitur Sueciae rex exiguis copiis tam eos hucusque fecerit progressus, dummodo voluntas Imperatoris Turcarum accedat, sine vllo propemodum sumtu Turcici Imperatoris, regnum Poloniae Ottomanico imperio subdi poterit, si ipse in regem Poloniae eligeretur.

Hanc vero electionem nullo negotio successuram, si haec tria Imperator Turcarum, nec profusione thesauri, nec sanguinis Turcici impendio, sed solo nutu effectum dederit. Primo, vt Tartaros maximo, quo fieri poterit, numero in Poloniam mittat. Secundo, vt Moscos, quorum inducias cum Polonis effluere existimat, ad inferendum Polonis bellum, et recuperanda, quae praetendunt, excitet. Tertio, vt, postquam tribus ex partibus, Suecus, Mo-

scus, et Tartarus Poloniam inuaserint, ex Hungaricis confiniis, viginti Turcarum millia ipsi Principi Transsiluaniae Ottomanus adiungat, quibus ipse stipatus, ac totis connixus viribus, quartus, velut arbiter, in Poloniam superueniat, ac proposita spe hostes omnes ex Polonia excludendi, minis item, ac terroribus additis, per eos, qui ipsi adhaerere voluerint, regem se Poloniae declarari faciat, reluctantes atterat, atque ita iisdem artibus, ac modis, quibus Transsisuaniae Principatum occupauerat, regno quoque Poloniae potiatur.

Hanc rem ter, quaterque iam ab exiguo tempore, misso ad Portam Ottomannicam Internuncio, diligenter agit; pecuniam etiam vndequaque colligit, et bona, quae emtorem habere possunt, parata pecunia distrahit. Auditum est a primo Vizirio Caimacano, talia suggeri a Principe Transsiluaniae, propagandi imperii media, quae nemo Turcarum excogitare potuisset. (a)

(a) Hactenus relatio. Autor incertus est, sed arcanorum *Bethlenii*, vt ex aliis quoque adiunctis liquet, probe conscius. Reperta fuit inter scripta Pazmani, qui indicium quoque illius regi fecerat. Itaque huic factam fuisse veri simile est. Ceterum *Bethlenii* spes *Ozmano*, qui se ab illo in fraudem induci passus est, strangulato, in fumum abire.

LII.

Ad Consiliarios Posonium.

Conuentus Cassouiam a Bethlenio indictus, titulo septem Comitatuum re infecta soluitur. d. *7.* Mart. 1623. Apograph.

Spectabilis, et Magnifice, Generosique DD. Patroni mihi obseruandissimi. Conuentum Cassouiae D. Princeps dimisit, in eo, quid conclusum sit, nemo referre nouit, forte, quod nihil memoratu dignum conclusum sit. Praeter ea, quae nuper Spect. et Magnificae, Generosisque Dominationibus vestris significaui, relatum quoque est ad me, D. Principem, septem illis Comitatibus dependentiam ab illustrissimo D. Palatino, et correspondentiam cum reliquis Comitatibus, dissuadere multis conatum fuisse, et hoc praecipuum punctum propositionis suae fuisse. Huic eius postulationi cum Comitatenses obstinatissimis animis refragari viderentur, indigne tulisse, et cum stomacho, conuiciisque, more suo, illos insectatum fuisse, reque infecta Legatos abscessisse.

Articulos non nullos Dietae Soproniensis in sui despectum editos esse praetendit, et Legatos suos, vti audire est, ad suam Maiestatem mittere constituit, quando autem id futurum

sit, incompertum. Magnatum primarii quinque iam Cassouia discesserunt, et ipse Princeps pro futura septimana dicitur Varadinum rursus discessurus, solemnitatique nuptiarum Magnifici Casparis Zuniogh, relictam viduam quondam Pauli Redey sibi disponsantis, interfuturus.

Septem Comitatuum Legati exhibuerunt illi aliqua grauamina, quae non sunt magni ponderis, et momenti. Haec ex illo Conuentu: praeter haec enim nihil tractatum, communicare volui DD. vestris, easdem in reliquo diu, et feliciter valere cupiens. Datum Eperiesini 7. Martii, anno 1623.

Georgius Hoffman.

LIII.

Ad Pazmanum.

Bethlenius hortanti se ad pacem seruandam Pazmano respondet ita, vt eam sibi semper et cordi fuisse, et futuram affirmet, si Caesar etiam conditionibus stet, quem a Consiliariis imprimis, ad id induci oportere putat. d. 30. Iunii 1623. autogragh.

Gabriel Dei gratia cet. Illusrrissime, et RR. cet. Az Kegielmed Sellyéreől 21. Maii nekűnk irtt levelet Chiaszar eő Felsege hozzank bochiatott

tott edgiik Commissariussa, *Izdenczy Andras*, nekűnk megh advan, abbeli irasat meg olvastuk, es az mint az elvegezett szent bekeseghnek megh tartasa feleől nekünk leveleben ir, azt beősegesen megh értettűk. Az mikeppen azert ez eleőt mindenkor, ugi mostis semmit inkab eleőttűnk viselni nem akarunk, mint annak minden reszeiben fogjatkozas nelkűl valo megh tartasat, meliben semmit hatra sem hadtunk, ez utannis azon jo igyekezetűnket continualni akariuk, chiak lassuk az eő Felsége részéreőlis annak modgia szerint valo effectualasat. Mellyekreől Chiaszarnak eő Felsegenek mind beősegesen irtunk, mind pedigh Nunciusi altal izentűnk; elis hittűk hogy Kegielmed azokat megh erti. Kevantatik azert, hogy eő Felsegeis ugy mint az egez Keresztjensegnek chiendes békeseghe oltalmazoiahoz illik, ugy visellie mind ezekben magat, az mint az eő Felsege Chiaszari meltosaga, es alatta valo Attiai kegyes gondviselese kevania. Meljben eő Felsege utan Kegielmeteknekis eő Felsege beőlch tanachynak faradni meltan szűksegh; ne kellessék az Istennek iteleő szeki eleőt az sok Keresztjen vér ontasert kegielmeteknek melto szamot adni. Ezekkel kegielmedet az Ur Istennek gondviselese ala aianlvan, Istenteől minden jokat kevanunk. Dat. in

ciuitate nostra Colosuár die 30. Iunii, anno Domini 1623.

Ill. ac RR. D. V.

amicus
Gabriel. m. p.

LIV.

Ad Comitatum Veszprimiensem.

Bethlenius, exposito miserabili Hungariae statu, et deriuata in Caesarem resumtorum a se armorum culpa, Comitatui Veszprimiensi non sine minis praecipit, vt ad diem 19. Nouemb. Tirnauiam delegatos suos mittat, vbi communi consilio, saluti Patriae, et commodis omnium prospicere velit. d. 14. Octobr. 1623. autogr.

Gabriel Dei gratia cet. Spectabilibus, Magnificis, Generosis, Egregiis, et Nobilibus, supremo, et Vicecomitibus, Iudicibus, iuratisque Assessoribus, ac toti denique Vniuersitati D D. Magnatum et Nobilium Comitatus Bezprimiensis cet.

Spectabiles, Magnifici cet. Noha eleiteől fogva sok nemzetsegeknek, es Orszagoknak valtozasi az Ur Istennek beőlcz iteletit, es titkos rendeleset ez vilaghi dolgoknak forgasaban az eő haragianak melto bozzuallasaval elegh peldakkal megh jelenthetik, mindazaltal az ki jo itelettel

gondolkodvan feleőlle ez mi nemzetűnknek sok keppen valo valtozásit, es Orszaganak abbol az allapotbol, meliben az mi diczeretes eleinknek, es az eőreők emlekezetre melto szent Kiraliok-nak gondviselesekkel heliheztetet volt, erre az allapatra valo iutasat megh gondollia, egiebet az Ur Istennek nagi haraghianal, es az bűneőkert valo melto bozzuallasanal fel nem talalhat: holot ezt szemeinkkel lattiuk, es bizoniosan megis tapasztalhattiuk, hogy az emberi elmenek gondviselese megh fogiatkozvan, az mint egieb Nemzetsegeketis giakorta, ugi az mi Nemzetűnkeőt-is az Isten igaz itilesebeől titkos okokbol valo ketelen valtozasok keővettek. Melliet Orszagul Kegielmetek ez mostani allapotbolis vilagoson ezeben vehet, megh gondolvan azt, minemű szorgalmatos vigiazasunk, es meni faradsaggal, munkaval, keőlczeggel valo niughatatlansagunk volt nekűnk azon, hogy kegielmeteknek az elmult haborusagoknak habiai, es veszedelmeknek szel veszi utan allando bekeseget ugi constitualhassunk, hogy jeővendeőbenis kedves emlékezetűnknek megh maradasavall, és megh zerzet bekeseghnek arnieka allat utanna valo maradeki ugi niughassanak, hogy az mikor az szükségh fogna teőlleők kivanni, hazaioknak oltalmazasara inkab ell erkezhessenek.

Es nem egiebet, hanem cziak Nemzetűnknek, es Kegielmeteknek orszagul javat, es megh

maradasat nezven, mindenek felet Romay Chiaszarral eő Felsegevel bizonios conditiok alat valo bekeseget vegeztűnk vala, melliek azutan miczoda dolgok interuenialanak, es melj nilvan valo fogiatkozasok keővetkeznek az eő Felsege reszereől, hiszők azt, hogy kegielmetek alkalmasint tudhattia, es ezutan jobban, es vilagosbannis megh ertheti; melliek minemű nagi ell kerűlhetetlen ketelenseghnek, es jeővendeőbeli nilvan valo vezedelműnknek el tavoztatasával kenzerítven arra, hogy magunkra, es birodalmunkra mas szűkseges mediumok altal viselliűnk gondot, ez mostani allapotnak mivolta azt az Ur Istennek bűneinkért valo igaz, es titkos itiletibeől, es azoknak gonoz szandekokbol, az kik eleiteől fogva semmin inkab mint Nemzeteknek karan, es romlasan niughatatlan elmeieknek valtozasaval nem gieőneőrkeőttek, elegge megh mutattia; melj romlasat, es ujabb valtozasat Nemzetűnknek nem tagadhattiuk, hogy igen keserves szível, es nagy szanakozassal nem latnok, semminis inkab ejeli nappali gondolkozasokkal nem igiekeznek, mint hogy menteől hamareb ennek orvosagat Istenűnknek szent nevet hivan segitsegűl ugy fel talalhatnok, hogy minden kesedelem nelkűl az romlasok, es szegeni Keőzsegh nek pusztulasi nemzetűnk keőzeőt megh szűnienek; legh feőkeppen ez alvan eleőttűnk, hogy az hatalmas Teőreők Cziaszarnakis derakas hadai

az velle valo friginek nilvan valo fel bontasaval megh indulvan, es jelenis leven Kegielmetek hazaiaban, meni kara abbol az egez Keresztien Orszaghoknak mostani fel haborodot, es igen megh fogiatkozot allapottianak gondolkodashoz kepestis keővetkezhessek, akar ki jozan elmevel viseltetven megh itelheti.

Mivel hogy azert menteől nagiob, es bizoniosbb az veszedelemnek (a) annal ideiebben valo orvosagot kevan, nem akartunk el mulatni, hogy kegielmeteknek ezt menteől hamareb ertesere nem adnok, es ez eleőttűnk allo ketelen hadakozasoknak modgiai feleől nem tudosittanok. Intven azon, hogy ha valaha kivantatot, mostan legh inkab kivantatvan magoknak vezedelmeket, es hazaioknak romlasat szemek eleőt viselni, hatra hagivan minden egieb priuatus respectust in commune ugi visellien gondot, hogy se magoknak, se pedigh hazaioknak illien szükseges allapotban megh ne fogiatkozzek. Mi az mint hogy az eleőt mindenkor, igi mostis semmi egieb igiekezettel nem leven, hanem cziak hogy kegielmeteknek, sem faradsagunkat, sem munkankat, sem pedigh semmi keőlczegűnket, es eletűnknek vezedelmetis nem szanvan, minden uton megh mara-

(a) Vox vna legi non potuit.

dasat kereshessük, ugj ezutannis azon jo igiekezetünket mindenkor continualni akariuk.

De mivel mint illien nagi dologban, az melj keőzeőnseges magok megh maradasaban es vezedelmeben jar, kivantatik az, hogj vellek egj ertelembeől viselhessünk mindenre gondot, semmit annal illendeőbet nem gondolhattunk, mint hogj kegielmeteket egj bizonios helire conuocalliuk, meljre alkalmatosb helietis Nagyzombati Varosnal, az hol magunk szemelienek jelen kel lennni, mostani ideőben nem itilven, intiük megis azon, seőt serio paranczolliukis, ad diem 19. futuri mensis Nouembris Varmegieiereől feő Atiokfiait valaztvan, cum plenaria autoritate az megh nevezet helire bocziassa, kikkel egienlő ertelembeől, Istennek segitsege velünk leven, kegielmeteknek javara, es megh maradasara minden jo, es haznos dolgokat vegezhessünk, es az fel geriedet tüzet Nemzetünk keőzeőt megh olthassuk.

Alioquin ha ezt ell halgattia, ha mi utolso romlas, es vezedelem reaiok keővetkezik, mind Isten, es ez vilaghi emberek eleőt ereől tudomant teven, nem my, hanem magok lesznek romlasoknak, es utolso vezedelmeknek okai. Quibus de çetero benigne propensi manemus.

Dat. ex castris nostris ad ciuitatem Tyrnauiensem positis, die 14. mensis Octobris 1623. (a)

GABRIEL m. p.

(a) Veri simile est, eiusdem argumenti litteras ad alios quoque Comitatus missas fuisse.

INDEX CHRONOLOGICVS
TOMO I.
AB ANNO MDCXII. AD MDCXXIII.
CONTENTORVM DOCVMENTORVM.

Anno 1612.

Num.

Die 24. Decembris. Articuli Confoederationis *inter* Caesareo-regiam Maiestatem, *et* Gabrielem de Báthor *Principem Transsiluaniae initi, et sanciti.* I.

Anno 1613.

Die 9. Octobris. Litterae, *quibus* Gabriel Báthory *Transsil. Princeps a* Szkender *Bassa postulat, vt rebellem, et fugitiuum* Gabrielem Bethlen, *sibi viuum, aut mortuum remittat: hac conditione arces promissas cum tributo cessurum Turcis pollicetur.* II.

Anno 1614.

Die 17. Maii Litterae *conquerentis apud* Ioann. Baruitium *Consiliarium regium Principis* Bethlenii, *finitimas Transsiluaniae arces a Caesareo milite teneri: se mittere Legatum, qui eas repetat: petereque, vt* Baruitius *apud Caesaream Maiestatem suam eatenus operam interponat.* III.

Num.

S. d. Litterae Mehmet *Bassae*, *supremi Vezirii Locumtenentis*, *redarguentis* Bethlenium, *quod promissa non seruet*, *monetque*, *vt haec implere satagat*, *si fauorem Imperatoris mereri cupit.* IV.

Die 1. Nouembris. Tabulae Induciarum, *quae ad tres menses inter Caesaream*, *et regiam Maiestatem*, *tum principem Transsiluaniae*, *et huius Status*, *ac Ordines*, *ad conciliandam pacem*, *initae sunt.* V.

S. d. Litterae Bethlenii, *per Athname turcicum declarati Transsiluaniae Principis*, *Turcarum Sultano* Murat *caussam reddentis*, *cur arces aliquas Hungariae a se promissas*, *nondum potuerit Turcis cedere.* VI.

Anno 1616.

Die 14. Iunii Litterae Bethlenii, *caussam Vizirio* Nazasi Hazani *Bassae* reddentis, *cur arx Lippa cum reliquis nondum reddi potuerit Turcis*: *nunc autem*, *obtenta victoria*, *se has iam Bassae Tömösuariensi consignasse. Commendat eidem Legatum suum*, *eaque*, *quae is propositurus esset.* VII.

Anno 1617.

Die 2. Septembris. Confirmatio Transactionis *Anni* 1615. *inter suam Maiestatem Caesareo-regiam* Mathiam II. *nec non* Gabrielem Be-

thlen, Status *que, ac* Ordines *Transsiluaniae*, *Tyrnauiae conclusae.* Num. VIII.

Anno 1619.

Die 21. Iunii. Litterae Bethlenii *datae ad* L. B. a Kuefstein *Oratorem Regis* Ferdinandi II. *Constantinopoli, cui commendat rem Christianam, mittit propterea specialem Legatum, vtque huius verbis habeat fidem, petit.* IX.

Die 14. Iunii. Relatio Andreae Doczy, *referentis miras, et varias technas, ac fraudes, quibus* Bethlenius *gratiam Caesaris aucupari nititur, vt, eo deluso, securus auxilia Bohemis ferre possit.* X.

Die 18. Augusti. Litterae, *quibus* Gabriel Bethlenius *Bohemiae, et Morauiae Ordines hortatur, ne pacem cum Caesare ineant, se cum exercitu proxime ad fines Morauiae adfuturum, et communi studio rem gesturum, significat.* XI.

Die 20. Septembris. Relatio *Oratoris C. R. Constantinopoli* Lud. a Molarth, *significantis, quod* Bethlenius *coeptum pacis Hungaricae negotium per Agentem suum interturbare conetur.* XII.

Die 9. Octobris. Litterae Eiusdem *supplicantis, in euentum rumpendae pacis, noua sibi mandata mitti, et tutum reditum praestari, quum* Bethlenius *copias suas Bassae Tömösiensi iam coniunxerit, et a Budensi subsidia petat.* XIII.

Die 13. Octobris. Testimoniales Eiusdem *super mutationibus quorumdam capitum, in Lyptayana Instructione, per se factis.* Num. XIV.

Die 19. Octobris. Relatio Eiusdem *suae Maiestati C. R. praestita, in qua minutim recenset technas, et turpes fraudes, quas Agens* Bethlenii *apud palatinales Constantinopoli adhibet, vt Turcae pacem cum Caesare initam frangant, sed irrito euentu, Supremus Vezirius tentatus fuit.* XV.

Die 31. Octobris. Mandatum regium *vetans celebrari in Hungaria Comitia, quae Palatinus indixit,* Bethlenio *cum suis Cassouiae Conuenticulum habente.* XVI.

Die 15. Nouembris. Saluus conductus pro Petro Pazmano, *vt ad Comitia regni, quae Palatinum, inscio Rege,* Bethlenius *indicere coegit, tuto venire possit.* XVII.

Die 19. Nouembris. Litterae *Oratoris Caesarei, Archiduci* Leopoldo *significantis, falsos rumores, quos Agens* Bethlenii *de Caesare Constantinopoli sparserat, penitus difflatos,* Bethlenium *vero omnem fidem in Porta ottomannica, et apud Palatinales amisisse.* XVIII

Die 24. Nouembris. Litterae Bethlenii, *quibus* Schendari Bassae *queritur, quod in Transsiluania Saxones ad suas partes allicere tentet, oggerendo officia, quae eidem prae-*

stiterat, et quae recens in Hungaria Imperatori praestet, fuse enumerat. Num. XIX.

S. d. Nouembris. Litterae, *quibus* Bethlenius *suo Constantinopoli Internuncio* Fran. Balasy, *se iam dudum Regem Hung. et Bohem.* futurum *fuisse, si supremus Vizirius suis consiliis fidem habuisset: tum amicitiam suam cum regibus Angliae, Bohemiae, et Daniae, ac Electore Brandenburgico initam, suarum Copiarum, et sociorum numerum, praestita Turcis seruitia recenset, hortaturque, vt omnem det operam, ne Pax inter* Ferdinandum *Regem, et Portam Ottomannicam coalescat.* XX.

Anno 1620.

Die 15. Ianuarii. Tabulae *foederis Hungarico - Bohemici.* XXI.

Die 16. Ianuarii. Transactio *Caes. Reg. Maiestatis cum* Bethlenio. XXII.

Die 16. Ianuarii. Transactio Bethlenii *cum Caes. Reg. Maiestate.* XXIII.

Die 17. Ianuarii. Induciae *Posonienses inter* Ferdinandum II. *Imp. et R.* *ac* Gabrielem Bethlen *initae.* XXIV.

Die 20. Ianuarii. Mandatum *Sultani nomine ad* Caracass Mehmet, *Bassam Budensem expeditum, vt curam Confiniorum habeat, pacem cum Caesare initam, tum ipse obseruet, tum per suos obseruari faciat, nihilque aduer-*

sum eam sinat fieri, et violatores congrua delicto poena castiget. Num. XXV.

Die 23. Martii. Rescriptum *Electoralis, et Principalis Conuentus Mülhusini ad SS. et OO. Hung. ne se in futuris Comitiis a Bohemis in transuersum agi sinant, Regique suo legitimo porro adhaereant.* XXVI.

Die 23. Aprilis. Relatio *Oratoris Caesarei ad Portam Ottomanicam, suae Maiestati Caes. Reg. significantis, quod sub ipso induciarum, inter Caesarem, et* Bethlenium *initarum tempore, Legati ex Bohemia, Morauia, Silesia, et Lusatia Constantinopolim venerint, se Turcis posthac tributarios professi sint, a Sultano liberaliter excepti fuerint,* Bethlenius *autem Rex Hungariae, et frater eius* Stephanus, *Dux Transsiluaniae designati habeantur.* XXVII.

Die 9. Maii. Instructio *data* Ioanni Bornemisza *a Bethlenianorum Equitum campestrium supremo Capitaneo Comite* Stanislao Thurzo. XXVIII.

Die 17. Maii. Edictum, *quo Equites suos* Bethlenius *reprehendit, quod auxilio foederatis, nisi, accepto prius stipendio, se ituros negarent: rapinis, et aliis in Hungaria maleficiis committendis, se, et Principem suum infament, monet, vt ab his desistant, et fideliter, ac strenue militent. Quod si fiat, veniam praeteritorum, et sti-*

pendia, secus graues poenas, exspectent.	Num. XXIX.
Die 1. Iunii. Litterae, *quibus* Bethlenius *magnopere* Friderico *Rheni Palatino, et electo Bohemiae Regi suadet, vt Legationem, quam potest, spendidam Constantinopolim mittat, et quidem tempestiue, ne a Caesaris Legato praeueniatur.*	XXX.
Die 6. Iunii. Relatio *Oratoris Caesarei super eo: quod Turcae in seruanda pace vacillent;* quod Bethlenii, *et eius Sociorum fraudes Constantinopoli adhibitae detegantur: quod bellum, subornante Hollandorum Legato, in Poloniam, et Hungariam, vt traducatur, constitutum sit.*	XXXI.
Die 16. Iunii. Litterae Bethlenii *significantis* Friderico *electo Bohem. Regi, a se Legatum mittendum, responsi loco, quae necessaria sunt, relaturum: cum eodem adfuturum quoque Legatum Imperatorrs Turcarum.*	XXXII.
Die 4. Iulii. Resolutio *Regis* Friderici, *data* Bethlenii *Secretario* Stephano Kovácsoczyo, *et ad Principem perferenda.*	XXXIII.
Die 20. Iulii. Litterae, *quibus* Fridericus *temporarius Bohemiae rex rescribit* Bethlenio, *Legatum Turcicum a se auditum esse, suo autem Legato Constantinopolim mittendo, adiungendos esse ex*	

confoederatis Prouinciis socios Num.
cum muneribus. XXXIV.

Die 20. Augusti. Litterae, *quibus* Bethlenius *rescribit* Ioanni Bornemisza, *se tum ex eius epistolis, tum ex iis, qui captiuos Cozacos adduxissent, de victoria suorum cognouisse, et de ea gratulari. Stipendium quale, et vnde percepturi sint, docet: se eiusdem, et* Mocronii *memorem fore, ac propediem Neosolio abiturum significat; denique frequentiores ab eo litteras, et diligentem exercitus curam postulat.* XXXV.

Die 25. Augusti. Diploma inaugurationale, *quo factiosi partes* Bethlenii *amplexi, abrogata* Ferdinando *dignitate regia,* Bethlenium *certis conditionibus adstrictum, Hungariae regem renunciant.* XXXVI.

S. d. Pacta Gabrielis Bethlenii *cum Porta Ottomanica circa finem Augusti an.* 1620. *inita.* XXXVII.

Die 9. Septembr. Litterae, *quibus* Emericus Thurzo *se cum copiis* Bethlenium *proxime secuturum* Guilelmo *a* Raupow Friderici *regis Cancellario promittit, inuehiturque in Saxoniae, et Bauariae Duces, quod Caesaris causam tueantur. Spondet Confoederatos victores de hostibus futuros.* XXXVIII.

Die 17. Septembris. Instructio *expedita ad* Sigis. Kornis, *et* Ioan. Bornemisza; *cum* Bethlenius *ab vtroque edoctus sit de angustiis foede-*

ratorum, *reprehendit* Principem Anhaltinum, *quod neglectis innumeris suis monitionibus*, *cum hoste decertare non properasset ante*, *quam is copias suas augeret*, *aut cum Bauaro coniungeretur*; *se foederatis* tam *cito*, *vt illi optant*, *adesse non posse*; *suadet*, *vt* Thurnium, *et* Mansfeldium *Princeps ad se aduocet*, *interea autem*, *donec auxiliares ei submiserit*, *ab hostilitate abstineat*. Num. XXXIX.

Die 16. Nouembris. Litterae, *quibus* Bethlenius *Bohemos*, *Morauos*, *aliosque foederatos*, *ob infelix ad Pragam commissum proelium*, *quo* Fridericus *fusus*, *fugatusque est*, *Socios vtpote foederis consolatur*, *animat ad constantiam*, *promittit suppetias*, *modo ne ipsi sibi desint*. XL.

Die 10. Decembris. Edictum *Imp. et Regis* Ferdinandi II. *quo* Bethlenii *electionem in regem Hungariae*, *irritam*, *nullam*, *et Constitutionibus regni aduersam*, *declarat*, *friuolas factiosorum obiectiones refellit*, *et Acta conuentus Posoniensis*, *et Neosoliensis irritat*. XLI.

Anno 1621.

Die 5. Aprilis. Mandatum, *quo Saxonibus Transsiluaniae* Bethlenius *imperat*, *vt ad Conuentum particularem*, *qui ipso Pacis tempore cum Caesare conciliandae*, *alibi distento*, *proxime sub praesidio*

Stephani

Stephani Bethleni *Gubernatoris*, *Albae Iuliae habendus sit*, *delegatos suos mittant.* Num. XLII.

Anno 1622.

Die 14. Ianuarii. Litterae Bethlenii *ad Strigonien. Archiepiscop.* Petrum Pazmanum *officiosae*, *optantis stabilitatem pacis*, *de qua Archiepiscopus ei gratulatus est*, *mutuamque reciproce beneuolentiam pollicentis.* XLIII.

S. d. in Aprili. Litterae, *quibus* Bethlenius *Chamo Tartarorum ob transmissa sibi munera gratias agit: tum gratulatur ei obtentam de Polonis victoriam: inuitat eum ad commune bellum gerendum, spemque ei facit, diuitias, et mancipia in terris Christianorum aquirendi.* XLIV.

Die 6. Ianuarii. Tractatus Pacis Nilkspurgensis *inter* Ferdinandum II. *et* Gabrielem Bethlen *die* 6. *Ian. an.* 1622. *Szakolczae* a Bethlenio *confirmatus.* XLV.

Die 7. Ianuarii. Puncta, et Articuli conclusionis Nickelspurgensis *anno* 1621. *cum* Gabriele Bethlen *initae*, *et a* Ferdinaudo II. *die* 7. Ian. anno 1622. confirmatae. XLVI.

Diploma regium *Statibus et Ordinibus Regni*, *Principi* Bethlenio *coniunctis anno* 1622. *datum.*

Die 17. Ianuarii. Litterae, *quibus* Bethlenius *certior factus a* Pazmano *de Commissariis ex Caesaris par-*

te denominatis, se etiam suos iam destinasse significat, sed numerum vtrinque secundum pacta conuenta aequari debere, numerum suorum recenset, eosque modo Caesarei non morentur, Tirnauiae tempori adfuturos promittit, cupitque haec Caesari indicari. Num. XLVII.

Die 14. Februarii. Litterae Emerici Czobor *perscribentis sermonem a* Bethlenio *tempore prandii habitum, quo se a titulo regio dimittendo, vehementer abhorrere, et post breuem in Transsiluania quietem, se iterum erumpere velle, declarauit.* XLVIII.

Die 22. Martii Litterae, *quibus* Bethlenius, *cum generalia regni Comitia in 3. diem Aprilis Sopronium a Caesare indicta comperisset, breuitate temporis, intra quod Proceres, et nuntii Comitatuum suae partis adesse non possent, aliisque caussis adductis,* Pazmanum *rogat, vt Caesarem ad ea in diem primam Iunii differenda, idoneo suis loco habenda permoueat.* XLIX.

Die 28. Martii Relatio *Legationis ad* Bethlenium *missae a* Ferdinando II. *Rege pro referenda S. regni Corona.* L.

S. D. Relatio *de clandestina* Bethlenii *machinatione, vt ope Turcarum Rex Poloniae fieret.* LI.

Anno 1623.

Die 7. Martii. Litterae Georg. Hoffmann *ad Consiliarios Posonienses significantis, Conuentum Cassouiam* a Bethlenio *indictum titulo septem Comitatuum, re infecta, dissolutum haberi.* — LII.

Die 30. Iunii. Litterae, *quibus* Bethlenius *hortanti se ad pacem seruandam* Pazmano *respondet ita, vt eam sibi semper et cordi fuisse, et futuram affirmet, si Caesar etiam conditionibus stet, quem a Consiliariis imprimis ad id induci oportere putat.* LIII.

Die 14. Octobris. Circulare, *quo* Bethlenius, exposito *miserabili Hungariae statu, et deriuata in Caesarem resumtorum a se armorum culpae, Comitatui Weszprimiensi non* sine *minis praecipit, vt ad diem* 19. *Nouemb. Tirnauiam delegatos suos mittat, vbi communi consilio, saluti Patriae, et commodis omnium prospicere velit.* LIV.

Monitum.

Sphalmata typographica, quae in hunc Tomulum irrepserunt, tam exigua sunt, vt, si excipias:

Pag. 17.	*Lin.* 3.	interpiciendo,	*loco*:	intercipiendo.
18.	— 25.	terguersando	—	tergiuersando.
66.	— 26.	verſahren	—	verfahren.
77.	— 3.	*falsas*	—	*falsos*.
94.	— 24.	Dacta	—	Dieta.
139.	— 1.	XXI.	—	XXIX.
201.	— 9.	XXXV.	—	XXXVIII.

vix aliqua reperias, quae ipsemet Lector non possit sine difficultate corrigere, e. g. n. *loco* u. vel c. *loco* e.

Praenumerantes exemplar Tomuli huius ab eo, cui pretium 10. flor. consignarunt, si placet, petere possunt, reliquos duos, dum prelum reliquerint, in eodem loco percepturi. — Separatim Tomulus a 3. fl. 20. x. non venditur, sed primum comparare volenti, etiam pro sequentibus duobus, cum integra 10. flor. summa praenumerandum est; eaque de caussa terminus praenumerationis vsque 1-mam Iulii a. c. prorogatur: intra quod tempus totum Opus absoluendum annunciamus. Ab hoc die Pestini in Officina Libraria Eggenbergeriana exemplar vnum duntaxat erga 15. flor. venum exponetur.

GABRIELIS BETHLENII PRINCIPATVS [T]RANSSILVANIAE COAEVIS DOCVMENTIS ILLVSTRATVS.

[COL]LEGIT, ET IN SERIEM CHRONOLOGICAM DIGESSIT

GEORGIVS PRAY,

ABBAS B. M. V. DE TORMOVA
ET
CATH. ECCL. M. VARADINEN. CANONICVS.

EDIDIT
ET
EX CHARTIS MVSEI NATIONALIS HVNGARICI

AVCTARIVM

ADIECIT

IAC. FERDIN. MILLER

DE BRASSÓ.

TOMVS II.

COMPLECTENS DOCVMENTA
AB
Anno MDCXXIV. ad MDCXXXI.

PESTINI,
TYPIS IOANNIS THOMAE TRATTNER.
1816.

Monitum.

Sphalmata typographica, quae in hunc Tomulum irrepserunt, tam exigua sunt, vt, si excipias:

Pag. 17.	*Lin.* 3.	interpiciendo,	*loco*:	intercipiendo.
18.	—	25. terguersando	—	tergiuersando.
66.	—	26. verſahren	—	verfahren.
77.	—	3. *falsas*	—	*falsos*.
94.	—	24. Dacta	—	Dieta.
139.	—	1. XXI.	—	XXIX.
201.	—	9. XXXV.	—	XXXVIII.

vix aliqua reperias, quae ipsemet Lector non possit sine difficultate corrigere, e. g. n. *loco* u. vel c. *loco* e.

Praenumerantes exemplar Tomuli huius ab eo, cui pretium 10. flor. consignarunt, si placet, petere possunt, reliquos duos, dum prelum reliquerint, in eodem loco percepturi. — Separatim Tomulus a 3. fl. 20. x. non venditur, sed primum comparare volenti, etiam pro sequentibus duobus, cum integra 10. flor. summa praenumerandum est; eaque de caussa terminus praenumerationis vsque 1-mam Iulii a. c. prorogatur: intra quod tempus totum Opus absoluendum annunciamus. Ab hoc die Pestini in Officina Libraria Eggenbergeriana exemplar vnum duntaxat erga 15. flor. venum exponetur.

Bayerische StaatsBibliothek
Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Pray, Georg,

Gabrielis Bethlenii principatus Transsilvaniae coaevis documentis illustratus

Bd.: 1

Pestini 1816

Eur. 1007 m-1/2
urn:nbn:de:bvb:12-bsb10409335-9